BIBLIOTHECA

TEUBNERIANA.

EUCLIDIS

OPERA OMNIA.

EDIDERUNT

I. L. HEIBERG ET **H. MENGE.**

UOL. VI.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCVI.

EUCLIDIS DATA

CUM COMMENTARIO MARINI ET SCHOLIIS ANTIQUIS.

EDIDIT

HENRICUS MENGE.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Euclidis Data postquam primus edidit Cl. Hardy (Parisiis 1625), cum ceteris eiusdem scriptoris operibus uno uolumine comprehendit Dau. Gregory (Oxoniae 1703). sed neque subsidia critica, quibus uterque usus est, magni aestimanda neque editores ipsi in scripturis codicum eligendis ratione et uia processisse putandi sunt. tertius ad illos initio huius saeculi accessit Peyrardus, qui licet laude dignus sit, quod antiquum eumque praestantissimum codicem et repperit et ad Euclidis uerba restituenda adhibuit, tamen id, quod praestandum erat, non praestitit. primum enim nimis pendet a Gregorio, cuius iudicium optimis codicis sui scripturis multis locis praeferat; adde quod Theonis recensionem non magis nouit quam Hardy et Gregorius; postremo codicem illum non ea diligentia contulit, quam nostra aetas suo iure postulare uideatur. post Peyrardum autem Data neminem inuenerunt editorem.

Quae cum ita essent, ante omnia id mihi agendum esse adparuit, ut ex magno numero codicum, quos adire mihi licuit, eos deligerem, qui solidum ac firmum recensionis fundamentum praeberent. qua in re id mihi propositum esse debuit, ut iam de Theonis scriptura cum probabilitate quadam posset iudicari.

atque ex illa librorum manu scriptorum multitudine facile mihi persuasi in primis sex plurimum habere ponderis. sunt autem hi:

P = cod. Uatic. Gr. 190 Peyrardi, membr. saec. X, duobus constans uoluminibus, de quo u. uol. I p. VIII et uol. V p. XXIV sq.; praeter Elementa, Marini commentarium (uol. II fol. 248—249), Data (fol. 250—281) continet Theonis *ὑπόμνημα εἰς τοὺς προχείρους κανόνας Πτολεμαίου*. de aetate archetypi totius codicis aut eius partis, qua Theonis commentarius continetur, singulari liberalitate ac benignitate me edocuit Hermannus Usener. in margine enim fol. 298^{u} ad Theonis uerba *ὅταν ὁ τῶν τετραετηρίδων μερισμὸς τριῶν ἐτῶν καταλείπῃ* uir summus haec repperit scripta: *ὡς νῦν συνέβη ἐπὶ* (ε) *τοῦ ροθ Διοκλητιανοῦ* (*διοκλιτιανοῦ*), *τουτέστιν ἐπὶ* (ε^{π}) *τοῦ δοψ ἔτους* (*δοψε τοὺς*) *κατὰ Ἀπάμειαν* (*ἀπαμιαν*) *τὴν καθ' ἡμᾶς*. cum autem Apameae, in urbe Syriae, anni numerarentur ad aeram quam uocant Seleucidarum, efficitur, archetypum codicis P aut partis eius Theoninae a. 462 p. Chr., qui est aerae Diocletiani annus 179, in hac urbe ab homine non indocto lectum esse.

Vat. = cod. Uatic. Gr. 204, membr. saec. X, cuius descriptionem dedi Neue Jahrb. f. Philol. 1886 p. 183 sq. Data habet fol. 172^{u}—194, Marinum fol. 195^{r}—197^{r}. permulta correcta sunt manu saec. XV (Vat. m. 2), cuius scripturam plenam in prolegomenis adferam.

v = cod. Uatic. Gr. 1038, membr. saec. XIII, de quo u. uol. V p. V sq. Data habet fol. 114^{u}—129 duabus manibus s. XV correcta, Marinum fol. 113—114^{u}.

commemorat codicem P. Tannery, Rapport sur une mission en Italie p. 43.

b = cod. bibliothecae communalis Bononiensis A 1, 18, 19 signatus, membr. saec. XI, duobus constans uoluminibus; u. uol. V p. XXXIII sq. et Heiberg, Zeitschr. f. Math. u. Phys. hist.-litter. Abt. XXIX p. 6 sq. Data continet uol. II quatern. *λη—μ* inde a p. 64, 22 *ἀχθεῖσα τῇ θέσει* (mg. *λείπει ἡ ἀρχή*) usque ad p. 172, 20 *δέδοται τῷ μεγέθει.* titulus est: *εὐκλείδου δεδομένα τῆς Θέωνος ἐκδόσεως.* memorabili transmutatione foliorum factum est, ut pro p. 76, 16 *τριγώνου* — p. 80, 7 *ἐπὶ τὴν ΑΓ* reperiantur uerba p. 56, 14 *γεγράφθω* — 20 *ἐστιν*, demonstratio altera propos. 33, propos. 34 usque ad p. 58, 10 *δοθὲν ἄρα.* uol. I definitionum et propositionum solarum quasi conspectum continet, cuius scripturam significaui littera *β*.

a = cod. Florentin. Laurentianus XXVIII, 1, membr. saec. XIV. Data continet fol. 325^u—336. in fine legitur: *τέλος. Εὐκλείδου δεδομένα τῆς Θέωνος ἐκδόσεως*, fol. 1^u: iste liber est (corr. 'erat') Demetrii Chidoni Greci. codex eandem quam b habet foliorum transmutationem.

z = cod. Paris. Gr. 2448, bombyc. saec. XIV, de quo u. Omont, Inventaire II p. 263. Data habet fol. 25—56 inde a propos. 24; titulus est *θεώρημα κ̄δ*^{v}.

His codicibus a me ipso collatis ita usus sum, ut textum potissimum ad codicis P auctoritatem reuocarem neque ad ceteros confugerem nisi iis locis, ubi illum aliquid uitii contraxisse aut constaret aut ueri simillimum esset. coniecturas siue editorum siue meas raro in ordinem uerborum recepi; qua in re si cui

nimis caute uel religiose uersatus esse uidear, meminerit uelim, in hac editione adornanda id me maxime spectasse, ut Euclidis uerba ad antiquissimorum et optimorum codicum fidem exigerem. ceterum spero fore ut homines sollertiores et ingeniosiores iam idonea codicum supellectile instructi cum iis locis, qui ne mihi quidem satis sani esse uisi sint, medicinam adferant, tum ulcera adhuc latentia deprehendant et persanent.

In adparatum criticum codicum PVat.vb(β) scripturam plenam congessi; in iis autem partibus libri, ubi b deficit, scripturam cod. a addidi, quem, nisi quid contra adnotatum est, colligas uelim cum β conspirare; discrepantiam cod. z perpaucis locis in adparatum recepi. figuras apertis erroribus correctis tales dedi, quales in codicibus descriptae sunt.

Interpretationem Latinam ad uerba Graeca, quantum fieri posset, adcommodandam esse putaui. numeri quibus 'def.' uel 'prop.' praepositum est, ad Datorum definitiones et propositiones, ceteri ad Elementorum libros et propositiones referendi sunt.

Marini commentario, quem dignissimum esse constat, qui Euclidis libro adiungatur, contigit, ut ipse quidem ex parte Graece prius in lucem proferretur, quam Data ederentur. etenim a Grynaeo Elementorum editioni Basiliensi a. 1533 additus est. postea Hardy et Gregorius eum editionibus suis praeposuerunt. equidem textum ad fidem codicum PVat.v constitui.

Scholia, quorum maximam partem e cod. Paris. Gr. 2348 descriptam mihi suppeditauit Heiberg, ex

quattuordecim codicibus collegi et emendaui, quorum omnium fere omnes discrepantias in adparatum collegi; de scholiorum origine et aetate alio loco pluribus disseram. codicum illorum scholia his notis significaui:

P = scholia cod. P maximam partem margini, nonnulla tamen eaque fere longiora in fine libri manu prima adscripta.

P^2 = tria scholia eiusdem cod. manu recentiore saec. XV scripta.

Vat. = scholia cod. Uat. manu prima scripta, eadem longiora atque illa codicis P in fine libri exarata.

v = scholia cod. v manu subtili saec. XV (v m. 2) scripta.

b = duo scholia cod. b manu recentiore scripta.

z = scholia cod. z manu prima partim in margine scripta, partim Euclidis uerbis interposita.

C^1 = scholia cod. Uatic. Gr. 191 saec. XIII—XIV manu saec. XV definitionibus et duabus primis propositionibus adscripta.

C^2 = scholia eiusdem codicis ea manu scripta, quae codicis pinacem confecit; unum (nr. 11) post Marinum fol. 30^u legitur.

l = scholia cod. Laurentiani XXVIII, 2 saec. XIII—XIV manu prima scripta. inde a scholio nr. 124 scriptura fit neglegentior neque tamen alteram manum perrexisse statuerim. in fine libri eadem scholia quae P habet.

l^2 = scholia eiusdem cod. manu C^2 cod. Uatic. 191 scripta.

λ = scholia cod. Laurentiani XXVIII, 8 saec. XIV; u. Heiberg, Om Scholierne til Euclids Elementer p. 54.

c = scholia cod. Laurentiani XXVIII, 10 saec. XV.

ϱ = scholia cod. Paris. Gr. 2348 saec. XVII maximam partem post definitiones et singulas propositiones scripta, nonnulla autem in fine totius libri.

σ = scholia cod. Paris. Gr. 2342 saec. XIV, omnia manu prima partim atramento rubro, partim fusco scripta; u. Hultsch, Berichte d. philol.-hist. Cl. d. Sächs. Ges. d. Wissensch. 1886 p. 120 et Abhandl. X p. 391.

Ambr. = scholia cod. Ambrosiani A 101 sup. saec. XV.

Mon. = scholia cod. Monacensis 361 saec. XIII manu recentiore (m. 3) scripta uno (nr. 138) excepto, quod manu prima adscriptum est.

S = scholia cod. Paris. suppl. Gr. 12 saec. XVI, de quo u. Omont, Inventaire III p. 202 et Heiberg, Om Scholierne t. Eucl. Elem. p. 34. Data ipsa codex non habet.

p. 14, 18 *δι' ἴσου* scribendum pro *διΐσου*, p. 104, 12 *ἐλλείμματος* pro *ἐλλείματος*; p. 158, 26 post *δεδομένον* incidendum non erat, erat p. 160, 1 post *μέσην*. in adparatu scr. p. 18, 7 P pro a, p. 76, 2; 86, 17; 92, 4 om. P pro om. b, addendum p. 100, 3 *δοθείς*] om. P, p. 168, 8 *πλάτη*] *πλήθη* b, delendum p. 176, 3 '(alt.)' et p. 190, 5 *ἔστω*] *ἔστιν* P; p. 224 not. scr. append. nr. 40 pro nr. 187, in interpretatione p. 33, 22 'iis adiectae sunt'.

H. Menge.

PROLEGOMENA.

De codicibus fatisque Datorum et commentarii Marini.

Praeter PVat.vbaz hos codices Datorum et Marini noui:

1) cod. Uatic. Gr. 191, bombyc. saec. XIII—XIV, de quo u. Parthey, Monatsberichte d. Berlin. Academie 1863 p. 374 sqq. et Maass, Analecta Eratosthen. in Kiessling-Wilamowitz, Philol. Untersuch. VI p. 10 not. Data habet fol. 18—29ᵘ, Marinum usque ad p. 238, 24 fol. 29ᵘ.

2) cod. Uatic. Gr. 192, bombyc. saec. XIV; u. Heiberg, Om Scholierne til Euclids Elementer p. 34. Data cum scholiis habet fol. 95—112ᵘ, Marinum fol. 112ᵘ—114ʳ.

3) cod. Uatic. Gr. 202, bombyc. saec. XIV; duobus constat uoluminibus. continet fol. 1—81 Theodosii Sphaerica, fol. 82—95ʳ Autolyci de sphaera quae mouetur, fol. 95ᵘ—132 Euclidis Optic. recens. uulg., fol. 133—176 Phaenomena, fol. 177—191 Theodosii de habitat., fol. 192—249 Theodosii de diebus et noct. (in folio 202 desin. uol. I), fol. 250—268 Aristarchi de distantiis, fol. 269—299ʳ Autolyci de ortu, fol. 299ʳ—305ʳ Hypsiclis Anaphor., fol. 305ʳ—372ʳ Data cum scholiis, fol. 372ᵘ—381ʳ Marinum, fol. 381ᵘ—398ʳ schol. in Eucl. Elem.

4) cod. Angel. C—2—9, chartac. saec. XV; u. Heiberg, Om Scholierne p. 34. continet Data et Marinum.

5) cod. Barberin. II, 81, chartac. saec. XV. continet sine ordine Catoptrica, Data, Phaenomena, Comment. in Cleomedem, Heronis Geodaesiam. Datorum subscriptio est: *Εὐκλείδου δεδομένα τῆς Θέωνος ἐκδόσεως. τέλος.*

6) cod. bibliothecae national. Neapolit. III C 10, chartac. saec. XVI. continet Data cum scholiis.

7) cod. Laurent. XXVIII, 2, bombyc. saec. XIII—XIV. continet Element. I—XIII, Data cum scholiis fol. 243—301ʳ, Element. XIV—XV.

8) cod. Laurent. XXVIII, 8, membr. saec. XIV. continet Element. I—XV et Data.

9) cod. Laurent. XXVIII, 10, chartac. saec. XV. continet Data, Optica, Phaenomena.

10) cod. Magliabecchian. I. III. 36, chartac. saec. XVI, de quo u. Vitelli, Studi ital. di filol. class. II p. 549 sqq. habet Data fol. 72—97^r (scholia fol. 51^r—64^r), Marinum fol. 45^u—51^r.

11) cod. Ambros. A 101 sup., chartac. saec. XV; u. Heiberg in ed. Apollonii II p. XII et p. XXI, in ed. Sereni p. IX. Data continet fol. 7—25, Marinum fol. 6—7.

12) cod. Ambros. J 84 inf., chartac. saec. XVI. inter alia mathematica et astronomica (u. Heiberg, Om Scholierne p. 34) habet Data et Marinum.

13) cod. Ambros. 249 inf., chartac. saec. XVI—XVII. continet Data 'de Uaticana bibliotheca deprompta ... a Iosepho Auria'.

14) cod. Mutin. II E 16, chartac. saec. XV; u. Heiberg, Philologus XLII p. 433. fuit Georgii Uallae.

15) cod. Marcian. 301, chartac. saec. XV; u. Heiberg, Om Scholierne p. 57. fuit Bessarionis; u. Omont, Inventaire des mss. grecs et latins donnés à S. Marc de Venise par le cardinal Bessarion p. 30 nr. 244.

16) cod. Marcian. 302, chartac. saec. XV; u. Morelli, Bibl. Marc. manuscr. I p. 178, Heiberg, Om Scholierne p. 35. fuit Bessarionis; u. Omont p. 30 nr. 245.

17) cod. Scorial. X—I—4, chartac. saec. XVI; u. Miller, Catal. d. manuscr. grecs de l'Escurial p. 292, Graux, l'Escurial p. 189, 267. Datorum subscriptio est: *ἐγράφησαν καὶ ταῦτα τοῦ Εὐκλείδου Δεδομένα ἤτοι τῆς Θέωνος ἐκδόσεως.*

18) cod. Toletan. Bibl. Capitul. 98—13, chartac. saec. XVI, de quo u. Graux et Martin, Notices somm. des mss. grecs d'Espagne et de Portugal p. 278. Data habet p. 104—169. Datorum subscriptio est: *Εὐκλείδου δεδομένα τῆς Θέωνος ἐκδόσεως. τέλος.*

19) cod. Paris. Gr. 1981, chartac. saec. XVI; u. Omont, Inventaire sommaire II p. 174. Data habet cum Marino fol. 164—196.

20) cod. Paris. Gr. 2342, chartac. saec. XIV; u. Omont, Inventaire II p. 243, Heiberg in ed. Apollonii II p. XII et p. LXIX, in ed. Sereni p. V sqq. habet Data fol. 97^u—108, Marinum fol. 96—97^r.

21) cod. Paris. Gr. 2347, chartac. saec. XVI; u. Omont II p. 244. continet Data fol. 275^u—312, Marinum fol. 313 sqq.

22) cod. Paris. Gr. 2348, chartac. saec. XVII. continet Data cum scholiis 'de Uaticana bibliotheca deprompta ..... a Iosepho Auria' fol. 10—99, Marinum fol. 2—9.

23) cod. Paris. Gr. 2349, chartac. saec. XVI. habet Datorum propp. 1—23 fol. 15—36, Marinum fol. 1—14.

24) cod. Paris. Gr. 2350, chartac. saec. XVI; u. Omont II p. 244. continet Data fol. 45ᵘ—80, Marinum fol. 81—88.

25) cod. Paris. Gr. 2352, chartac. saec. XV; u. Omont II p. 245. continet Data fol. 138ᵘ—168. Datorum subscriptio est: *Εὐκλείδου δεδομένα τῆς Θέωνος ἐκδόσεως. τέλος.*

26) cod. Paris. Gr. 2363, chartac. saec. XV; u. Omont II p. 246 sq. continet Data fol. 99—128.

27) cod. Paris. Gr. 2366, chartac. saec. XVI; u. Omont II p. 247. continet Data fol. 150—181, Marinum fol. 182—185.

28) cod. Paris. Gr. 2467, chartac. saec. XVI. continet Data fol. 8—64, Marinum fol. 1—7.

29) cod. Paris. Gr. 2472, chartac. saec. XIV; u. Omont II p. 266 sq. habet Data fol. 152—196ʳ. fuit Iac. Aug. Thuani.

30) cod. Monac. 361, partim bombyc. partim chartac. saec. XIII—XIV; nunc duobus constat uoluminibus; u. Buchbinder, Euclids Porismen u. Data p. 29 sq. Data habet fol. 13ᵘ—14, 23—30, 46—49. incipit Datorum (uol. I) pars chartacea a p. 220, 11 *τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΓ.*

31) cod. Berolin. Phillipps. Gr. 1542, chartac. saec. XVI. continet Catoptrica, Phaenomena, Optica, Data.

32) cod. Berolin. Phillipps. Gr. 1544, chartac. saec. XVI. continet Elem. I—XIII, Data cum Marino, Theodosii Sphaerica, Phaenomena, Catoptrica.

33) cod. Leidens. 7, chartac. saec. XVI, de quo u. uol. V p. CIV. Data habet fol. 383—433, Marinum fol. 454—459.

34) cod. Bodleian. Barrocc. 161, chartac. saec. XV; u. Coxe, Catalog. codd. mss. bibl. Bodlei. I p. 276. Data habet fol. 341ᵘ—380.

35) cod. Sauil. Gr. 1, chartac. saec. XVI. Data continet fol. 200—222.

Marinum solum sine Datis habent:

36) cod. Monac. 427, bombyc. saec. XI(?); u. Hardt, Catalog. codd. bibl. R. Bauar. uol. I tom. IV p. 318 sq. continet Marinum ad p. 246, 26 *γνῶσιν* et a p. 254, 28 usque ad finem.

37) cod. Paris. Gr. 2353, chartac. saec. XVI; u. Omont II p. 245. habet Marinum fol. 11ᵘ—13ʳ.

38) cod. Paris. suppl. Gr. 12, chartac. saec. XV; u. p. X. continet Marinum fol. 40ᵘ—55ʳ.

hos codices aut totos contuli aut inspexi praeter codd. 6, 10, 12, 14, 17, 18, 31, 32, 35, 37, quos ipse non uidi; de cod. 10

certiorem me fecit Guilelmus Schmidt, de codd. 14 et 31 Heiberg.

iam de eorum codicum, quos examinaui, cognatione uidendum est.

ac primum quidem constat, omnes codices ex eodem fonte fluxisse. documento est antiquissimus ille error propositionis 73, quem notaui p. 139 not. is enim, si non ad Euclidem ipsum referendus, at certe ante Theonem natus per omnes codices traditus est, donec saeculo XV librarius codicis 15 interpolatione audacissima eum aggressus est tollere. interpolatoris autem commentum eodem fere tempore in codicem Uat. inlatum ac postea in alios quoque codices (u. infra) et in Hardii Gregoriique editiones receptum est. praeterea his uitiis omnium codicum communis origo declaratur: p. 2, 8 *ἀλλήλους*; p. 64, 21 post *πέρατος* om. *τῆς προστεθείσης*; p. 142, 1 *ΓΔΒ*; etiam p. 34, 16, ubi Euclides uix sibi indulserit, nudum illud *λοιποῦ* pro *λοιποῦ ἄρα* in erroribus communibus numerauerim. ceterum cfr. p. 58, 22; 66, 10, 12. de interpolationibus infra dicetur.

sed ut ad singulos codices transeam, primum dicendum est, codices PVat.v artissime inter se cohaerere in manifestisque erroribus satis frequenter conspirare; u. p. 2, 20; 18, 7; 42, 3; 44, 16; 52, 23; 56, 11; 58, 12; 66, 3; 78, 14; p. 91 fig.; 94, 11, 17—18; 104, 20; 142, 4; p. 149 fig.; 156, 20; 170, 10; 174, 7; 186, 12; 210, 22, 26; 216, 13; 226, 6; 236, 1; 238, 9; 244, 22; 252, 13; 254, 15. accedunt communes interpolationes, quales sunt p. 20, 1 *ὅλον — ἐστιν*; p. 64, 21 *παράλληλος*; p. 112, 4 *ἐπειδή* — 5 *ὑπόκειται*; p. 172, 1 *τῆς γάρ* — 2 *ΒΔ* (cfr. schol. nr. 188); ib. l. 2 *δέδοται ἄρα καὶ ἡ ΒΓ*. etiam p. 6, 18 *οὕτως γὰρ ὑπόκειται*, p. 106,1; 130, 6, 10; 154, 10 *ὑπόκειται γάρ* huc addere malim quam in numero omissionum Theonis habere. sed neutrum codd. Vat.v ex P neque v ex Vat. descriptum esse arbitror. nam Vat. cum v non paucis locis contra P facit; u. p. 4, 18; 30, 16; 52, 20; 74, 16; 92, 19; 94, 2; 106, 11; 110, 10; 116, 3, 21; 140, 15; 154, 3; 160, 19; 176, 3; 190, 5; 194, 1, 5; 196, 12; 200, 15; 226, 9; 246, 9; 256, 20; p. 151 in fig. rectam *ΝΞ* ductam habent Vat.v, p. 177 in fig. 2 *E* pro *B*. v autem saepius cum P contra Vat. concordat; u. p. 6, 14; 14, 13; 50, 11; 60, 8; 66, 10; 68, 1; 130, 2; 132, 13; 140, 23; 152, 21; 170, 5; 220, 14; 228, 9; 230, 14; 242, 26; 252, 18; 254, 7. quare nihil restat nisi ut statuamus, codd. PVat.v ex communi fonte deriuatos esse.

ex P cod. 7 totus expressus est; nam praeter ueras scripturas eius uniuersos fere errores in ipsis quoque minutiis usurpat, uelut p. 18, 7 ἔστω; p. 56, 18 γωνιῶν; p. 120, 18 ὁ ὑπό; p. 142, 21 τῇ; p. 148, 7 τῷ εἴδει om.; p. 168, 3 αὐτῆς; p. 180, 22 ὑπὸ τῆς διαχθείσης; p. 206, 22 καί; p. 216, 1 AZH, 4 ὁ (utrumque) om.; p. 218, 13 ὃς ὁ; p. 228, 17 τοι. in P si figurae in fine propositionum descriptae propter spatii angustias in proximam columnam uel paginam translatae sunt, adnotatum esse solet ἑξῆς τὸ σχῆμα; hoc librarius codicis 7 ne tum quidem omisit, cum figuram in eadem pagina atque ipsam propositionem collocauit. scholia longiora cod. P et propositionem, quae uulgo est 87, cum lemmate in fine Datorum habet. neque illud praetermittendum, Data etiam in cod. 7 inter Elementorum libros XIII et XIV interposita esse.

ex eodem P pendet cod. 4. nam omnia fere ista menda eius repetit. praeterea uerba p. 166, 3 ἐπεί — 5 $A\varDelta$, quae in P mg. leguntur, in cod. 4 solo desunt; quae uulgo est propos. 87 et lemma non habet. contra in Marino cum cod. 3 ita conspirat, ut ex eo descriptus esse uideatur; u. p. 234, 7 καὶ ἔνιοι μὲν οὐδέ] ἔνιοι μὲν οὐδ' 3, 4; p. 242, 3 ἀριθμόν] καί 3, 4; p. 242, 24 ἐξισάζει] ἐξουσιάζει 3, 4; p. 248, 4 πρὶν οὐ] σωρίνου 3, 4.

codicem 20 quoque ex P originem ducere, ex his locis collegeris: p. 60, 8 P, 20 add. δοθεὶς δὲ ὁ τῆς $\varDelta E$ πρὸς τὴν EA λόγος et deinde supra scr. δοθείς; p. 76, 2 τήν] om. P, 20; p. 100, 3 δοθείς — $B\varGamma$] in P propter ὁμοιοτέλευτον interciderunt, om. 20; p. 110, 21 $\varTheta$, K] K, $\varTheta$ P, 20; p. 112, 19 $A\varGamma B$] $\varDelta\varGamma B$ P, 20; p. 190, 5 δυνατόν — οὕτως] P et om. δέ 20. etiam p. 90, 20; 106, 11; 116, 3; 196, 12 cod. 20 cum P contra Vat. v facit. cumque a v descriptus esse non possit, illis locis eos adnumerare licet, quibus cum Pv consentit, uelut p. 2, 10; 14, 13; 68, 1 al. librarius autem, ut per totum codicem fuit audacissimus (u. Heiberg in ed. Apollonii II p. LIV sq. et in ed. Sereni p. VI sq.), ne in Datis quidem interpolationibus abstinuit, uelut p. 22, 5—6 supra addidit τουτέστιν ἀνάπαλιν, p. 46, 25 τῆς AB post γραμμῆς, p. 52, 20 ἡ $A\varDelta$ post ἤχθω, p. 68, 1 δεδομένη, p. 224, 11 γωνία post $AB\varGamma$. ex additamentis manus 2 notaui p. 6, 6 ἄρα post ἐναλλάξ, p. 224, 8 τὸ $B\varDelta$ (sic) post ἐστί; p. 190, 13 καί — 14 λόγῳ, quae m. 1 omisit, m. 2 in mg. addidit (idem casu factum est in cod. v). quae uulgo est prop. 87 cum lemmate cod. 20 in mg. ad prop. 86 habet cum titulo: τοῦτο μετὰ τὸ πϛ'.

e cod. 7 sine dubio descriptus est cod. 26. nam his locis soli concordant: p. 34, 20 *τοῦ* — 21 *δοθείς*] om. 7 (add. mg.), 26; p. 36, 16 *καί*] om. 7, 26; p. 38, 23 *λοιπὸν τό*] om. 7, 26; p. 54, 20 *τῷ*] *τῇ* 7, 26; p. 86, 12 *ΒΑΕ*] *ΒΓΕ* 7, 26; p. 86, 15 *ἡ* — *ἐστιν*] *ἐστιν ἡ* — *δοθεῖσα* 7, 26; p. 94, 1 *τῶν*] *τῶν αὐτῶν* 7, 26; p. 128, 17 *πρὸς ἄλληλα*] om. 7, 26. propositionem, quae uulgo est 87, cum lemmate cod. 26 non habet.

priusquam de ceteris codicibus disseram, omnes scripturas manus 2 codicis Vat., quem constat saeculo XV et audacter interpolatum et perite correctum esse, huc congeram:

p. 2, 1 *Ὅροι*] add. p. 6, 6 *ἐναλλάξ*] *ἐναλλὰξ ἄρα* 9 post *Δ* add. *ὅπερ ἔδει δεῖξαι* 21 *ὡς*] add., item lin. 22 p. 8, 3 *ἔσται*] add. 24 *ΔΖ*] corr. ex *ΑΖ* p. 10, 18 *δοθείς*] *δοθείς ἐστιν* p. 12, 10 *ὡς*] add. 11 *συνθέντι*] *συνθέντι ἄρα* p. 14, 16 *τὸ Α πρὸς τὸ Β*] add. 20 *τοῦ*] *ὁ τοῦ* p. 18, 11 *ΑΒ*] *Β* add. 13 *δοθέν ἐστιν*] *ἐστιν* add. p. 20, 14 *ΑΔ*] supra add. *καὶ ἔστω* p. 22, 9 *δοθείς*] *ἐστὶ δοθείς* 17 *ἐν λόγῳ*] corr. ex *ἐλάττω* p. 24, 20 *τά*] corr. ex *τό* p. 26, 14 *ἐστιν*] supra scr. *ἔσται* p. 28, 21 *δοθείς*] *ἐστι* (comp.) *δοθείς* p. 32, 14 *τό*] hic mg.: *καταλείπει· ΑΒ τοῦ Γ δοθέντι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἐν λόγῳ. ἀφῃρήσθω τὸ δοθὲν μέγεθος τὸ ΑΖ· λοιποῦ ἄρα τοῦ ΖΒ πρὸς τὸ Γ λόγος ἐστὶ δοθείς. πάλιν ἐπεὶ τό* p. 34, 2 *ἐστιν*] *ἔσται* p. 38, 6 *τά*] corr. ex *τό* p. 40, 7 *ΑΕ*] corr. ex *ΑΒ* 13 *ΓΖ*] Z mut. in *Δ* 14 *ΖΔ*] corr. ex *ΖΑ* p. 42, 25 *ἐστί* (alt.)] *ἐστὶ δοθείς* p. 44, 2 *ἀναστρέψαντι*] *ἀναστρέψαντι ἄρα* 3 *ΓΔ*] *Γ* mut. in Z 17 *ἐκκείσθω*] corr. ex *ἐκβεβλήσθω* p. 46, 2 *τῶν*] add. 25 *γραμμῆς*] supra add. *τῆς ΑΒ* p. 50, 19 *τῆς* (pr.)] corr. ex *τοῦ* *τῶν*] del., et ita semper fere in angulis significandis p. 52, 12 *ΑΖΓ*] *ΑΖΓ γωνίᾳ* p. 54, 14 *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* p. 56, 18 *ΗΘΔ*] *Η* add. 19 *ἄρα*] *ἄρα ἐστίν* p. 58, 6 *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* p. 58, 12 *τήν* corr. ex *τό* p. 60, 2 *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* 4 *ΑΘΔ*] *Δ* add. p. 62, 4 *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* 25 *καί*] add. 26 *παράλληλος*] *ἴση* p. 66, 7 *ἐπεί*] *ἐπεὶ οὖν* 10 *ΑΝΜ*] *ΝΜ* p. 70, 10 *ΕΔΖ*] *ΖΔΕ* 11 *ΑΓΒ*] corr. ex *ΒΓΑ* *ΔΕΖ*] *ΖΕΔ* 12 *λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ ἴση ἐστίν* 13 *Γ*] *Γ σημείοις γωνιῶν* 14 *Δ*, *Ε*, *Ζ*] *Ζ*, *Δ*, *Ε* p. 74, 2 *τῶν*] non del. 20 *πάντῃ*] corr. ex *παντί* p. 76, 4 *ΘΚ*] *Θ* add. 23 *ΔΗΕ* (alt.)] corr. ex *ΑΗΕ* p. 80, 8 *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* 18 *τό*] *καὶ τό* m. 1, *καί* del. m. 2 21 *ἐπεί*] *ἐπεὶ καί* p. 82, 14 *τό*] *καὶ τό* 22 *ἐναλλάξ*] *ἐναλλὰξ ἄρα* p. 84, 13 *τουτέστι συναμφότερος*] *συναμφότεραι ὡς μία τουτέστιν* p. 86, 7 *ἐπεί*] *καί*

ἐπεί p. 88, 2 *ΑΔΒ*] *ΑΒΔ* 6 ἐπεί] καὶ ἐπεί p. 90, 10 πρὸς τὸ *ΖΕΑ*] supra add. (*ΕΖΑ*) 13 πρός] corr. ex καί 14 συνθέντι] del. et supra scr. συναμφότερος *ΓΕΒΖΑ*] *ΓΕΑΒΖ* *ΖΒΑ*] *ΒΖΑ* mut. in *ΖΑΒ* p. 92, 3 τῶν] corr. ex τό 16 τά] corr. ex τό, item p. 94, 2 p. 94, 2 *ΑΗΒ*] corr. ex *ΑΒΒ* p. 96, 1 εἴδη] corr. ex εἴδει 11 *ΕΖ*] τὴν *ΕΖ* p. 98, 3 καί — 5 *Β*] bis m. 1, corr. m. 2 18 αὐτοῦ] corr. ex αὐτῶν p. 100, 5 λοιπῶν] λοιπῶν πλευρῶν 8 πρὸς ἄλληλα] del. 15 ἐστίν] add. 16 *ΕΗ*] *ΕΖ* 19 εὐθεῖα] del. p. 102, 1 αἱ] add. 6 καί] add. 11 post χωρίον add. τουτέστι πρὸς τὴν *ΓΚ* 15 *ΒΑ*] *ΑΒ* 18 γάρ] del. 22 *ΗΑ*] *Η* corr. ex *Ε* p. 104, 2 *ΓΑΔ*] corr. ex *ΑΓΔ* 12 πλάτη] corr. ex ἁπλᾶ τῇ 17 δίχα] bis m. 1, corr. m. 2 20 σχῆμα] corr. ex *ΕΖ* p. 108, 15 *ΕΒΔΗΖ*] *ΕΓΒΔΗΖ* p. 110, 22 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν 23 τῆς] corr. ex τῇ τήν] del. ἄρα] ἄρα ἐστίν p. 112, 2 *ΓΒ*] add. mg. παραλληλόγραμμον δεδομένον τῷ εἴδει τὸ *ΖΒ* *ΑΒ*] *ΑΖΓΒ* 4 ἐπειδή — 5 ὑπόκειται] del. et supra scr. ὑπόκειται καὶ τοῦ *ΑΖΓΒ* πρὸς τὸ *ΓΔ* λόγος δοθείς 18 *ΑΓΚ*] *Γ* add. 25 πρὸς τό] supra add. p. 116, 8 *ΑΒΓ*] *Γ* add. p. 118, 3 ἕξει] ἔχει 10 τῶν (alt.)] add. 15 *ΔΒΓ*] *ΔΒ*, *ΒΓ*, et ita semper fere in rectangulis significandis p. 120, 15 ἄρα] ἄρα πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν *ΓΒ*, *ΑΔ* λόγος ἐστὶ δοθείς 16 *ΑΒΓ*] *ΑΒΓ* τρίγωνον 17 τρίγωνον] add. 19 ἔλασσον] παράλληλον m. 1, del. et supra scr. ἔλαττον m. 2 p. 122, 6 *ΑΔΒ*] *ΒΔΑ* 7 δέδοται (pr.)] δοθεῖσά ἐστι 9 πρός] πρὸς τήν 12 *ΑΓ*, *ΒΔ*] *ΒΔ*, *ΑΖ* 24 *ΑΒ*] *ΒΑ* p. 124, 7 *ΒΑΓ*] *ΒΑΓ* τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς *ΒΔ* 14 ἡμίσειαι γάρ εἰσι] ἑκατέρα γὰρ αὐτῶν ἡμίσειά ἐστι δέδοται — 15 *ΒΑΓ*] δεδομένης οὔσης 16 *ΔΑ*] *ΑΔ* 18 ἐπεί] ἐπεί ἐστιν 19 *ΑΔ*] τὴν *ΑΔ* 20 ὑπό] ὑπὸ τῶν *ΑΔ*] τῆς *ΑΔ* 21 *ΓΔ* (pr.)] τὴν *ΓΔ* *ΓΔ* (alt.)] τῆς *ΓΔ* 22 *ΔΑ*] *ΑΔ* 24 ὡς ἄρα] ἄρα ὡς p. 126, 2 *ΑΒΓ*] *ΒΑΓ* 3 *ΒΑΓ*] *ΒΑΓ* γωνίαν 4 *ΔΓΕ*] *ΕΓ*, *ΓΔ* *ΑΒΓ*] *ΑΒΓ* τρίγωνον 5 τῶν] ὑπὸ τῶν 8 τρίγωνον] τρίγωνον *ΑΒΓ* p. 128, 16 παραλληλόγραμμα] corr. ex παράλληλα p. 130, 2 ἐπεί] καὶ ἐπεί *ΔΑΓ*] *ΔΑΚ* 9 *ΕΗ*] *ΖΘ* 19 παραλληλογράμμων] corr. ex παραλλήλων p. 132, 2 παραλληλογράμμῳ] corr. ex παραλλήλῳ 5 καί] ἐπεὶ οὖν 16 *ΖΘ*] *ΕΗ* 21 δοθεῖσα] del. p. 134, 13 ἔχει] ἕξει 23 γωνίας] γωνίας τὰς πρὸς τοῖς *Α*, *Δ* σημείοις p. 136, 1 τάς — *Δ*] del. 2 παραλληλόγραμμα] παραλληλόγραμμα πρὸς ἄλληλα 3 πρὸς ἄλληλα] del. 5 *ΑΒΓ*] *ΑΒΓ* τριγώνου 10 ποιοῦσαι] mut. in ποιῶσιν 25 τῆς] corr. ex τοῦ p. 138, 2 ἐπεί]

καὶ ἐπεί 24 καί — p. 140, 4 ΓΘ] del. et mg. scr. κείσθω τε ἐπ' εὐθείας τῇ ΑΓ ἡ ΓΚ, καὶ συμπεπληρώσθω τὸ ΑΘ παραλληλόγραμμον. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΓΒ πρὸς τὴν ΖΗ, οὕτως ἡ ΕΖ πρὸς τὴν ΓΚ, ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ἡ ΓΒ πρὸς τὴν ΕΖ, οὕτως ἡ ΖΗ πρὸς τὴν ΓΚ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΒΓ, ΓΚ ἴσον ἐστὶν τῷ ὑπὸ τῶν ΕΖ, ΖΗ. τὸ ΓΘ ἄρα ἴσον ἐστίν p. 140, 8 καί] del. 11 ἰσογώνιον] ἰσογώνιον τὸ ΑΒ τῷ ΕΗ 15 ἐπεί] καὶ ἐπεί p. 142, 1 ὑπὸ ΒΓΔ] ἀπὸ τοῦ ΓΔΒ m. 1, corr. m. 2 p. 144, 7 ἰσογώνιον] ἰσογώνιον τὸ ΑΒ τῷ ΕΗ p. 146, 10 παραλληλόγραμμα] παραλληλόγραμμά εἰσι 11 ἔχει] ἔχοντα 12 ἀνίσοις] ἐν ἀνίσοις 18 ἔχει] ἕξει p. 148, 2 ἐστι δοθεῖσα] δοθεῖσά ἐστι 4 τῆς — δοθείς] ἔστι δὲ καὶ τῆς ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ λόγος δοθείς 15 ἐπεί] καὶ ἐπεί 18 πάλιν] del. p. 150, 8 πρός] add. 23 ΕΔ] τὴν ΕΔ ΖΔ] τὴν ΖΔ p. 154, 1 ΒΑΓ] mut. in ΓΑΒ 3 ΒΑΔ] ΗΖΘ ΑΘΗ] mut. in ΘΑΗ. hic mg.: καταλείπει· ἐν γὰρ αὐτῷ εἰσι τμήματι τοῦ κύκλου· ἔστι δὲ ἡ ὑπὸ ΗΖΘ τῇ ὑπὸ ΓΒΑ ἴση· ἴση ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΗΑΘ τῇ ὑπὸ ΓΒΑ 4 ΘΑΗ] ΑΘΗ ΑΒΓ] ΒΑΓ 5 ΒΓΑ] ΑΗΘ ΘΗΑ] ΒΓΑ 6 ΒΑΓ] ΑΒΓ ΘΗΑ] ΘΑΗ 7 ΑΜ] ΜΑ 18 ΘΖΗ] corr. ex ΖΘΗ 24 εὐθειῶν] πλευρῶν p. 156, 11 διπλάσιον] supra add. 15 ἄρα] del. 16 ΒΓ] ΒΓ ἄρα 18 ἐκκείσθω] ἐκκείσθω δή 19 τμῆμα] τμῆμα κύκλου p. 158, 8 ΚΘ] ΘΚ 10 ΖΘ] ΘΖ p. 160, 19 Δ] supra add. δοθείς 22 ἐστί] del. p. 164, 17 ἄρα] ἄρα ἐστί 18 Δ, Α] Α, Δ ἐστι] del. p. 166, 2 ΒΑ] ΑΒ 3 ΒΓ] ΓΒ 5 ΑΔ] ΑΓ 6 ΔΒ] ΒΔ p. 168, 5 ἡ (alt.)] καὶ ἡ 18 ΓΒ] ΒΓ 21 ΒΑ] ΑΒ 22 δοθέν] supra add. καὶ ἔστω 23 ΓΒΔ] supra add. ΔΓΒ] ΓΔ, ΓΒ p. 170, 4 ὑπό (alt.) — 5 τό] supra add. 10 ΔΒ] ΔΓ 12 τοῦ τετράκις] καὶ τοῦ τετράκις ἄρα ἄρα] del. p. 172, 3 ἡ (pr.)] ἡ ὑπό p. 174, 7 λήψεται] ἀπολήψεται p. 176, 1 ἐπεί] καὶ ἐπεί, item lin. 17 4 εὐθείᾳ] supra add. τῇ ΒΔ 20 ἡμικύκλιον] corr. ex κύκλον p. 178, 16 ΑΔ (utrumque)] ΔΑ p. 180, 4 ΓΑΒ] ΒΑ, ΑΓ 11 ὑπό (alt.)] ὑπὸ τῶν p. 182, 15 ἡ (alt.)] add. 16 ΒΕ] τὴν ΒΕ 25 ΒΑ, ΑΓ] ΒΑΓ, item lin. 26 ἔστιν ἄρα ὡς] καὶ ὡς ἄρα 27 ἐναλλάξ] ἐναλλὰξ ἄρα p. 184, 4 ΕΔ] ΔΕ 9 ΓΒ] ΒΓ 11 ἐστιν ἴσον] ἴσον ἐστί p. 186, 5 ΒΓ] ΒΓ διάμετρος 11 ἄρα] ἄρα ἐστί 12 ἄρα] add. 13 ἐστιν] del. 17 post δεῖξαι add. τέλος; u. adp. crit. p. 190, 17 ἐστιν] comp. add. p. 192, 6 τῶν] corr. ex τήν, item lin. 7 in. p. 194, 2 θέσει — 3 ΒΔΓ] καί εἰσι παράλληλοι αἱ ΕΑΖ, ΒΔΓ 14 ΒΓ] ΒΔ 15 ἐπεί] καὶ

ἐπεί 18 δοθεῖσα — 19 *ΑΔΓ*] om. m. 1, mg. m. 2: καταλείπει· δοθεῖσα δέ ἐστιν ἡ ὑπὸ *ΑΔΓ* γωνία p. 196, 22 ἡ] supra add. p. 198, 17 *ΕΖΗ*] *ΖΕΗ* 20 ἐπεί] καὶ ἐπεί p. 200, 1 καί] add. 4 *ΕΖ* (pr.)] τὴν *ΕΖ* 9 ἴση] ἴση ἡ *ΑΔ* 15 *ΒΑΓ*] *ΒΑΓ* γωνία 22 ἐπεί] καὶ ἐπεί p. 202, 1 *ΒΓ*] corr. ex *ΒΓΔ* p. 204, 1 τῆς] corr. ex τῶν 11 πρώτου] πρὸ τούτου p. 206, 4 γάρ] del. 8 ἡμίσεια] corr. ex ἱμίσεια 24 ἄρα] supra add. 25 τό] τὸ *ΑΒΓ* p. 208, 4 ἡ] ἡ πρὸς τῷ 10 ἐπεί] καὶ ἐπεί 22 δοθεῖσα] supra add. 23 *ΔΓΑ*] *ΑΓΔ* 26 τοῦ] τό p. 210, 3 *ΑΒ*] *ΑΒ* ἄρα 26 λοιπή] corr. ex λοιπόν p. 212, 8 *ΑΒ, ΓΕ*] *ΑΓ, ΑΒ* 11 *ΖΓ*] corr. ex *ΓΖ* p. 214, 2 *ΑΒΓ*] corr. ex *ΔΒΕ* 4 ἄρα] ἄρα ἐστί 10 *ΓΒ*] *ΒΓ* 21 *ΓΕ*] τὴν *ΓΕ* p. 216, 3 *ΖΑ*] *ΑΖ* 6 τοῦ ὑπό] add. p. 218, 3 τὸ *Α* ἄρα] τὸ ἄρα m. 1, τὸ ἄρα *Α* m. 2 4 ἐξ οὗ ὃν ἔχει λόγον] ἔκ τε τοῦ λόγου ὃν ἔχει 7 ἐκ τοῦ] ἔκ τε τοῦ λόγου, item lin. 8 10 ἐξ οὗ] ἐκ τοῦ 15 λόγος (pr.)] λόγος ἐστί 26 *ΒΓ*] τῆς *ΒΓ* p. 220, 2 τό (pr.)] add. 19 post περιέχωσιν add. δοθέντι (comp.) 21 ἔσται δοθεῖσα] δοθεῖσα ἔσται 24 τὸ *ΑΓ*] om. τῶν] om. 25 τοῦ ἀπὸ τῆς *ΒΓ*] add. p. 222, 2 δοθέν] δοθὲν καὶ ἔστω 12 ἀπό] corr. ex ὑπό 15 τῆς] corr. ex τῶν 21 τῆς *ΑΒ* ἄρα] καὶ μιᾶς ἄρα τῆς *ΑΒ* p. 226, 8 ἄρα] add. 10 τῷ mut. in τό et supra add. τῷ ὑπὸ τῶν *ΑΔ, ΔΖ* 17 ἐπεί] καὶ ἐπεί 18 *ΓΒΕ* (pr.)] *ΓΕΒ* p. 228, 4 ὡς] καὶ ὡς, item lin. 14 5 *ΒΔ*] corr. ex *ΔΒ* 6 ἐστιν] del. 16 τῆς (alt.)] del. p. 230, 1 ἐπεί] καὶ ἐπεί 16 τῆς] corr. ex τοῦ (comp.) p. 234 de titulo u. adp. crit. 17 ἀκτῖνας] supra scr. εὐθείας p. 236, 1 ἤ] καί m. 1, ἤ supra scr. m. 2 2 ἐκτιθέμενον] προτιθέμενον 10 ψιλῶς] ψιλῷ 12 διαφοράς] supra add. αὐτῶν 16 γνώριμον (alt.)] supra scr. τεταγμένον p. 238, 9 καί (alt.)] add. 11 περιφέρεια] supra scr. γωνία p. 244, 16 πλευράν] πλευρὰν τοῦ τετραγώνου 22 διϊδεῖν] δὲ ἰδεῖν p. 246, 9 κατὰ ταὐτόν] corr. ex καταυτόν p. 248, 1 θεωρουμένων] θεωρούμενον m. 1, θεωρουμένου m. 2 p. 250, 28 ὁ] ὁ τό p. 252, 5 ἅμα καὶ πόριμον] del. 8 συντιθέντες] συνθέντες 19 hic mg. atram. rubro: τί τὸ χρήσιμον τῆς περὶ τῶν δεδομένων πραγματείας 26 ὀπτικῆς — κανονικῆς] ὀπτικαῖς — κανονικαῖς supra p. 254, 5 hic mg. atram. rubro: ὑπὸ ποίαν ἐπιστήμην ἀνάγεται ἡ τῶν δεδομένων πραγματεία 15 ἐξεπόνησεν] corr. ex ἐξεπενόησεν p. 256, 20 μεγέθη] corr. ex μεγέθει.

iam propagines codicis Vat. enumeremus.

ex Vat., priusquam interpolaretur et reficeretur, cod. 1 et

codicis 30 partem bombycinam fluxisse, hi loci ostendunt: p. 10, 11 post πεποϱίσϑω spatium uacuum 8—10 litt. hab. Vat., 1, 30; p. 30, 7 *ZΔ*] *ZA* Vat., 1, 30; p. 126, 21 παϱαλληλόγϱαμμον] πϱός Vat., 1; παϱαλληλόγϱαμμον comp. in rasura 4 litt. 30; p. 128, 16 παϱαλληλόγϱαμμα] παϱάλληλα Vat., 1, 30, et ita similiter p. 130, 19; 132, 2; 138, 4. p. 132, 15 δοϑείς Vat. habet in fine uersus praeter consuetudinem scriptum compendio; idem compendium insolitum in medio uersu hab. 1; p. 134, 1 post τϱίγωνον Vat., 1 habent διὰ μ', 30 rasuram 4 litt.; p. 210, 7 πϱός] comp. Vat., καί 1, πϱός in ras. 30; p. 218, 13 τὸ *A* ἄϱα] τὸ ἄϱα Vat., 1, 30. praeterea codd. 1, 30 cum Vat. omittunt p. 126, 11 πϱὸς ἄλληλα, p. 142, 23 δοϑείς, p. 144, 9 καί, p. 206, 24 ἄϱα, p. 208, 22 δοϑεῖσα, p. 210, 4 τϱίγωνον (in cod. 30 desunt 4 τοῦ — 5 δοϑείς), p. 212, 18 ἐπὶ τὸ *Δ*, p. 216, 6 τοῦ ὑπό. ex his scripturis adparet, cod. 1 ex Vat. descriptum esse. nec minus cum eo in fragmento Marini congruit, uelut p. 234, 7, 17; 238, 8 (καί), 25. cod. 30 autem e cod. 1, non ex Vat. exaratus est. nam cum illo contra Vat. saepius consentit; cfr. p. 126, 2 πϱὸς τὸ *ABΓ*] Vat., om. 1, 30; p. 158, 9 τμῆμα] Vat., om. 1, 30; p. 206, 20 *AΓ*, *BΔ*] Vat., *AΓB* 1 (sequ. ras. 1 litt.), 30; p. 212, 20 *BAΓ*] Vat., *ABΓ* 1, 30. cod. 1 e cod. 30 manasse, etiam propter sescentos errores huius [1]) a scriptura illius alienos statui nequit. chartacea autem pars cod. 30, quam interpretationes Georgii Uallae et Zamberti (u. infra) docent saec. XV exeunte aut ineunte saec. XVI additam esse, ex codice aliquo ad scripturam man. 2 Vat. interpolato repetita est. omnes enim habet eius manus discrepantias; etiam in ea propositione, quae uulgo est 87 [2]), $Vat._2$ sequitur. ac lemma, quod $Vat._2$ non addidit, ne in cod. 30 quidem reperitur. eodem fere tempore, quo addita est pars chartacea, bombycina aliquot locis duabus manibus perite correcta est, quarum altera in primis ea, quae librarii incuria omissa erant (u. not.), nescio

---

1) Librarius codicis 30 in omittendis maxime uerbis Euclidis peccauit, uelut om. p. 12, 5 ὁ ἄϱα — 7 ἐστιν; p. 14, 16 τὸ *A* — οὕτως; p. 14, 18 δι' ἴσου — 19 Z (pr.); p. 20, 23 ἐστιν — p. 22, 1 μεῖζον; p. 24, 18 καί — 19 λόγῳ; p. 30, 2 δοϑὲν δὲ τὸ *ΓZ*; p. 32, 14 ἐπεί — 15 λόγῳ; p. 58, 17 καὶ τμηϑῇ; p. 60, 21 εὐϑεῖα — 24 εὐϑεῖαν; p. 62, 15 δεδομένην — 16 ϑέσει; p. 80, 10 καί — δοϑεῖσα; p. 82, 23 καί — 24 *BΔ*, alia multa per totam partem bombyc.

2) Cod. 1 hanc propositionem cum lemmate non habet.

quo codice usa magnam partem recte suppleuit, uelut p. 24, 18; 58, 17; 62, 15; 80, 10.

etiam codd. 2, 3 ex Vat. non interpolato originem ducere existimandi sunt; quae uulgo est prop. 87 cum lemmate in fine Datorum habent et scripturas Vat. praebent, uelut p. 2, 10; 220, 2; 222, 14. p. 164, 24 librarius cod. 2 compendio cod. Vat. male intellecto pro *ἔσται* scripsit *ἄρα*. in Marino quoque cod. 3 quidem, ubi non ipse peccat, cum Vat. plerumque conspirat, uelut p. 236, 1, 8 (*καί*), 25; 238, 4, 8; 242, 26; 248, 3; cfr. p. 236, 14 *ἅμα*] del. m. 1 Vat., om. 3.

idem illud *ἄρα* p. 164, 24 cum in cod. 10 deprehendatur, uix potest dubitari, quin ipse ex Vat. deriuatus sit, idque confirmatur locis, quales sunt: p. 112, 25 *πρὸς τό*] om. Vat., 10; p. 120, 19 *ἔλασσον*] *παράλληλον* Vat., 10; p. 126, 11 *πρὸς ἄλληλα*] om. Vat., 10. cum cod. 30 omittit p. 14, 18 *δι' ἴσου* — 19 Z (pr.), cum codd. 1, 30 p. 158, 9 *τμῆμα*. e cod. 2 descriptus esse non potest; habet enim uerba p. 158, 9 *δοθέν* — 10 *ΘΗ*, quae ille omittit. contra cod. 21 e cod. 2 pendet; nam p. 164, 24 *ἔσται* pro *ἄρα* habet et codd. 2, 21 soli p. 158, 9 *δοθέν* — 10 *ΘΗ* omittunt.

cod. 14 quoque ex Vat. non interpolato pendere uidetur; praebet enim p. 22, 17 *ἐλάττω* pro *ἐν λόγῳ*.

e cod. 30 descriptus est cod. 33 a Barth. Zamberto (in fine Datorum: — *διὰ τοῦ* (sic) *χειρὸς βαρθολομαίου ζαμβέρτου τῇ τοῦ δεκεμβρίου ἡμέρα ιβ' ἔτει α. φ. ε.*), cod. 24 a Petro Uergetio. artissima necessitudo horum codicum ex eo facile intellegitur, quod omittunt p. 14, 16 *τὸ Α* — *οὕτως*, p. 14, 18 *δι' ἴσου* — 19 Z (pr.), p. 26, 6 *δέ*, p. 100, 5 *καί* (pr.), p. 214, 15 *γάρ*; cfr. praeterea p. 4, 13 *ὅλον*] *λοιπόν* 30, 33, 24; p. 20, 9 et p. 22, 2 *ἔσται*] *ἄρα* 30, 33, 24; p. 220, 20 *τῆς* (pr.)] *τοῦ* 30, 33, 24. Zambertus ea, quae in cod. 30 mg. suppleta sunt (u. supra), in textum codicis 33 recepit; idem manifestos errores hic illic correxit, uelut p. 14, 17 post *E* (pr.) addidit *οὕτως τὸ Α πρὸς τὸ Β*; u. etiam p. 22, 17 *ἢ ἐν λόγῳ*] 33, *ἐλάττω* 30; p. 24, 14 *τό* (alt.)] corr. ex *τῷ* 33, *τῷ* 30; p. 150, 9 *ἀναγεγράφθω*] 33, *ἀναγράφθω* 30; p. 134, 3 *καί* — 4 *δοθείς*] bis 30, *καί* — *δοθείς. καὶ τῆς ΓΚ. ἔστι δέ κτλ.* 33; Zambertus igitur postquam uerba *καὶ τῆς ΓΚ* iterauit, iterationem falsam cod. 30 intellexit. in Marini commentario cod. 33 discrepantias m. 2 Vat. habet. in cod. 24 autem Uergetius praeter eos errores, quos supra commemoraui, alia quoque correxit; u. p. 48, 19 *δεδομένην εὐθεῖαν εὐθεῖα*] *δεδομένον*

εὐθεῖα 24, corr. mg.; p. 58, 12 τήν] τό 24, τήν mg.; p. 158, 9 τμῆμα] om. 24, add. mg.; p. 164, 7 αὐταῖς] αὐτῆς 24, αὐταῖς mg.; p. 216, 13 *ΒΓ*] *ΔΓ* 24, sed *Β* insertum. idem nonnulla in margine adscripsit, quae in Vat. m. 2 interpolata deprehenduntur, uelut p. 6, 6 et p. 12, 11 ἄρα, p. 46, 25 τῆς *ΑΒ*, p. 70, 13 σημείοις γωνιῶν, p. 154, 3 ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ κτλ. (u. p. XX), p. 200, 9 ἡ *ΑΔ*. cum p. 4, 7 pro τοῦ δοθέντος punctis deleto in marg. scriptum sit τοῦ ἐλάσσονος, quod primus habet cod. 15 quodque in Vat. non inuenitur, interpolationes illas patet ex cod. 15 ipso aut ex apographo eius petitas esse.

etiam cod. 34 e cod. 30 originem ducere reperitur. nam cum eo p. 12, 5 ὁ ἄρα — 6 *ΕΖ* omittit et p. 12, 9 *ΔΕ* pro *ΔΖ* praebet; cfr. p. 140, 2 *ΚΓ*] *ΓΚ* 30, *ΓΝ* 34. interpolationes m. 2 Vat. non habet.

cod. 29 unde descriptus sit, dubito. artiore necessitudine attingit codicem 9, ut ex communi fonte fluxisse uideantur. uterque longiora illa scholia codd. PVat., quae sine dubio ex eodem codice ac Data ipsa deprompta sunt, in fine Datorum habet et in erroribus p. 274, 20 ιβ′ pro ια′ et p. 308, 20 ἔνστασιν soli consentiunt. nisi illa scholia in cod. 1 deessent, ex eo arbitrarer codicem 29 exaratum esse. uterque enim p. 158, 9 τμῆμα omittit (in cod. 29 m. 2 mg. add.), p. 214, 6 pro *ΒΓ* (pr.) habet *ΓΒ*; p. 4, 11 et 14 cod. 29 solus fere[1]) pro ἔχῃ praebet ἔχει et sic lin. 11 quidem sine dubio in cod. 1 scriptum erat. sed, utcumque est, id constat, eum ex Vat. originem ducere; habet enim p. 2, 10 ἔχει, p. 8, 5 τοῦ, p. 30, 7 *ΖΑ*, p. 52, 20 ἡ *ΔΕ*, p. 74, 16 *ΑΒ*, p. 172, 3 ἡ *ΑΒΓ*, p. 192, 10 ἑκατέρα κτλ.; omittit p. 14, 16 τὸ *Α* πρὸς τὸ *Β*, p. 156, 9 *ΒΑΓ* — τῶν, p. 200, 1 καί, p. 216, 6 τοῦ ὑπό, p. 220, 10 λόγος (u. adp. crit.). correctus est cod. 29 et manu recentiore et ab Iac. Aug. Thuano. ac m. 2 quidem p. 34, 21 καί — 32 δοθείς mg. addidit, p. 52, 20 *ΔΕ* deleuit et in mg. scripsit: '*ΑΔ* ut opinor', p. 74, 16 *ΑΒ* (u. supra) mutauit in *ΓΑ*, p. 94, 17 δέδοται — 18 *ΑΖ* in mg. addidit, p. 216, 6 pro deleto τῶν in mg. scripsit τοῦ ὑπὸ τῶν (cfr. Vat. m. 2). interpolationes m. 2 Vat. in mg. dedit p. 70, 13; 138, 24 (Thuanus adnotat: 'haec lectio ex regio inepta est meo iudicio'); 154, 3 (Thuanus: 'legendum ut in regio'); 200, 9. p. 66, 12 δοθέν (u. adp. crit.) utrum manui 2

1) P. 4, 11 etiam v m. 1 ἔχει habet; sed ex eo cod. 29 non magis descriptus esse potest quam e cod. 30.

an Thuano debeatur, nunc dubito. ex notis a Thuano margini adscriptis has adfero: p. 32, 15 ἀφῃρήσθω 'hunc locum ab ἀφῃρήσθω ad καὶ τοῦ ZB puto sic legendum: ἀφῃρήσθω τὸ δοθὲν μέγεθος AZ. πάλιν ἐπεὶ τὸ ΔE τοῦ Γ δοθέντι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἐν λόγῳ, ἀφῃρήσθω τὸ δοθὲν μέγεθος τὸ ΔH. καὶ λόγος ἄρα τοῦ λοιποῦ HE πρὸς τὸ Γ δοθέν. διὰ ταὐτὰ δὴ καὶ τοῦ ZB πρὸς τὸ Γ λόγος ἐστὶ δοθείς'; p. 44, 5 ὥστε καὶ τοῦ
ex hypothesi
ΓZ 'fortasse sic: ἀλλὰ τοῦ μὲν ΓZ πρὸς τὸ AE λόγος ἐστὶ δοθείς. καὶ τοῦ AE ἄρα πρὸς τὸ ZΔ λόγος ἐστὶ δοθείς (prop. 8°). τοῦ δὲ ZΔ πρὸς BE λόγος ἐστὶ δοθείς ex hypothesi. καὶ τοῦ AE ἄρα πρὸς τὸ EB λόγος ἐστὶ δοθείς. ὥστε πάντες'; p. 138, 21 πρὸς τὴν ΓK (pr.) 'malim ἄλλην τινά et pro τῆς ΓK[1]) αὐτήν et ita retinenda est lectio huius libri reiecta altera ex regio'; p. 140, 23 πρὸς τὴν ΓΛ 'sine dubio legendum: πρὸς ἣν ἡ ΓΛ λόγον ἔχει δεδομένον'; p. 152, 4 τῆς AZ — 5 γάρ 'puto sic legendum: τῆς ΓE ἄρα πρὸς τὴν ZB λόγος ἐστὶ δοθείς. δοθεὶς δὲ τῆς ZB πρὸς τὴν EΔ λόγος. καὶ τῆς ΓE'; p 192, 19 ὥστε 'hoc ὥστε non probo multoque minus sequens γάρ[2]). nam ita probare posses B esse μεγέθει δεδομένην. censendum, hoc ἄλλως delendum esse'; p. 196, 8 δοθεῖσα — 9 γωνία 'at hoc nondum demonstratum'. uerba p. 156, 9 BAΓ — τῶν, p. 170, 7 ὥστε — 8 δοθείς, p. 174, 20 εἰλήφθω — 21 τὸ B m. 1 omissa Thuanus in marg. suppleuit. in fine Datorum adnotat: 'sequentia desunt in Regio exemplari'. sequentia quae dicit, sine dubio longiora illa scholia codd. PVat. sunt, exemplar autem, quod regium adpellat, nisi fallor, cod. 19. is quidem scholia illa non continet, interpolationes istas m. 2 Vat. in textu habet unusque ex reliquis Parisinis p. 74, 6 ΓA pro AB praebet (u. supra).

iam disputatio delapsa est ad eos codices, qui ex Vat. originem ducunt et interpolationes m. 2 huius codicis in textu habent. sunt autem praeter cod. 19, quem modo nominaui, codd. 15, 16, 22, 27, 28.

ac codd. 15, 16 quidem intimo inter se necessitudinis uinculo coniuncti sunt; cfr. p. 4, 7 τοῦ δοθέντος] τοῦ ἐλάσσονος, 15, 16; p. 14, 16 οὕτως] om. 15, 16; p. 126, 21 πρός (u. adp. crit.)] om. 15, 16. e cod. 15 et codicem 16 descriptum esse et interpolationes istas in cod. Vat. translatas, his scripturis

1) Scil. alt. τὴν ΓK. 2) U. adp. crit.

comprobatur: p. 32, 14 in uerbis interpolatis *ZB*] Vat. m. 2, *ΒΖ* (β α) 15, *BZ* 16; p. 136, 9 γωνιῶν] 15 m. 1, Vat. m. 2; γωνιῶν, ἃς ὑποτείνουσιν 15 m. 2, 16; p. 158, 10 *ZΘ*] *ΘZ* 15, Vat. m. 2. neque obstat, quod p. 6, 9 uerba ὅπερ ἔδει δεῖξαι in cod. 15 desunt; librarii enim cod. 16 et m. 2 Vat. ea suo uterque Marte uidentur addidisse. p. 2, 19 δέ in cod. 15 omissum in cod. 16 fortasse Bessario ad lin. 17 respiciens suppleuit. m. 2 Vat. in transferendis interpolationibus codicis 15 nonnulla addidit, alia omisit; u. p. 124, 14 ἑκατέρα γάρ] 15, 16, ἑκ. γ. αὐτῶν Vat. m. 2; p. 138, 24—140, 4 καὶ ἐναλλάξ] 15, 16, ἐναλλάξ Vat. m. 2.

cod. 28 cum p. 4, 7 pro τοῦ δοθέντος praebeat τοῦ ἐλάσσονος (τοῦ δοθέντος supra), pendere reperitur e cod. 15, quocum p. 14, 16 οὕτως omittit. idem fortasse de cod. 27 dici licet; nam ipse quoque illud οὕτως omittit, praeterea cum cod. 15 p. 126, 21 πρός codicis Vat.; obstat, quod p. 4, 7 habet τοῦ δοθέντος.

cod. 22 e cod. 15 pendere non potest ac potius ex ipso cod. Vat. interpolato descriptus est; cfr. p. 2, 19 δέ] Vat., 22, om. 15; p. 4, 7 τοῦ δοθέντος] Vat., 22, τοῦ ἐλάσσονος 15; p. 6, 9 add. ὅπερ ἔδει δεῖξαι Vat. m. 2, 22, om. 15; p. 14, 16 οὕτως] Vat., 22, om. 15; in uerbis interpolatis: p. 124, 14 γὰρ αὐτῶν] Vat. m. 2, 22, γάρ 15. p. 32, 14 cod. 22 interpolationem (ἐπεί — πάλιν) praeter consuetudinem in mg. habet et Auria adnotat: τοῦ σχολιαστοῦ ταῦτα. in Marino quoque potissimum m. 2 Vat. sequitur, sed p. 244, 22 διϊδεῖν et p. 248, 4 Ἀρχιμήδους ἔδειξεν τοῖς σερίνου θεωρηθέντα praebet.


cod. z initio mutilus cum ex nullo eorum codicum, quos supra enumeraui, descriptus sit atque satis multa habeat propria, scripturas eius ab huius editionis discrepantes adferam:

p. 44, 16 τήν] τό 22 τό] καί p. 46, 8 καὶ ὡς ἄρα] ὡς γάρ 10 λόγος] ὁ λόγος 13 τῇ] om. 21 ἐστί] om. 24 ἡ] om. p. 48, 1 ἔστω] ἔστωσαν 6 add. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι p. 50, 7 ἐστίν] om. 11 αὐτῇ] ἑαυτῇ 15 ἤχθω] ἄχθω 17 ἐστίν] ἐστὶ δεδομένη 22 ἄρα] ἔστι p. 52, 17 προσβληθῇ] ἀχθῇ 20 ἤχθω ἡ *ΔA* 23 *EΔZ*] δὲ *Z* p. 54, 14 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν p. 56, 11 *EZ*] *EZ* τῷ μεγέθει 12 *H*] om. 14 θέσει (pr.)] θέσει δεδομένος 19 λοιπῇ] λοιπόν 20 ἐστιν] om. p. 58, 6 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν 8 τῶν] om., ut saepissime in angulis significandis p. 60, 8 post *KA* add. δοθεὶς δὲ ὁ τῆς *ΔE* πρὸς

τὴν *EA* λόγος 21 εὐθεῖαν] om. p. 62, 1 *E*] om. 4 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν 8 ἐστί] om. 11 *ΘA*] *ΔA*, supra *Δ* scr. m. 1 *Θ* p. 64, 3 ἐπεί] καὶ ἐπεί 11 post *NA* add. δεδομένων γὰρ ὄντων τῶν *N*, *Δ* δέδοται καὶ ἡ *NΔ* εὐθεῖα 20 δεδομένον] -ην p. 66, 12 δοθεῖσα] θέσει 23 τό] καὶ τό p. 68, 1 δεδομένη] om. 9 καί] om. 17 καί (pr.)] om. p. 70, 10 ἡ] om. 11 *AΓB*] *BΓA* ὑπὸ τῶν *BAΓ* — 12 ὑπὸ τῶν *ΔZE*] πρὸς τῷ *A* — πρὸς τῷ *Z* p. 72, 6 ὑπὸ τῶν *BAΓ* (utrumque)] πρὸς τῷ *A*, item lin. 12 10 τῷ] τό p. 74, 1 ὑπό (pr.) — *ΔZE*] πρὸς τῇ αὐτῇ πρὸς τῷ *Z*, corr. m. 1 in mg. 16 *AΓ*] *ΓA*, supra scr. m. 1 *AB* p. 76, 6 *ΘK*] *KΘ* 7 *AB*] *BA* 17 ὑπὸ τῶν *BAΓ*] πρὸς τῷ *A* p. 78, 10 *ΔE*, *EH*] *EH*, *EN* 12 ἐστι] εἰσι 13 ὑπό — 14 *ΔHE*] πρὸς τῷ *A* τῇ πρὸς τῷ *H*, et ita similiter p. 80, 2, 5, 9, 19 (ὑπὸ πρὸς τῷ *A*, supra corr. m. 1); p. 84, 16, 20, 25 p. 80, 8 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν, item lin. 21 12 τήν (alt.)] om. p. 82, 1 post δοθείς add. διὰ τὸν γ' ὅρον. ἐπεὶ γὰρ δεδομένον τὸ τρίγωνον, καὶ οἱ λόγοι τῶν πλευρῶν πρὸς ἄλληλα δεδομένοι p. 84, 8 post μία add. ἡ *BA*, *AΓ* πρὸς τὴν *BΓ* 15 τό — δέδοται] δέδοται τὸ τρίγωνον 16 γάρ] om. 17 ἄρα ὡς] εως p. 86, 7 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν 16 τήν (alt.)] om., item lin. 17 p. 88, 2 *AΓB*] *ABΓ* 6 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν 22 *AΔB*] *ABΔ*, corr. supra m. 1 p. 90, 14 *ΓEBZA*] *ΓEABZ* *ZBA*] *EAB* 20 τε καί p. 92, 1 ὁ — 2 δοθείς] πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχουσι δεδομένον 4 οὕτως ἡ *ΓΔ* 8 τοῦ] καὶ τοῦ 18 τῷ] τό p. 94, 2 εὐθύγραμμα] om. 3 τοῦ (pr.)] καὶ τοῦ 16 τῷ εἴδει] om. 17 δέδοται — 18 μεγέθει] om. 18 καί] om. p. 96, 1 εἴδη] η in ras. 8 *ΔB*] *ΔΘ* p. 98, 4 δεδομένον] add. διὰ νγ' 10 post δοθείς add. διὰ η'· ὅμοια γὰρ σχήματα, ὅσα κτλ. Elem. VI def. 1 13 δοθείς] hic add. διὰ τὸν γ' 22 καί] om. p. 100, 14 ἰσογώνιαι (sic) 17 πρὸς τὸ *B* παραλληλόγραμμον] bis 19 *ΓΘ*] *Θ* 20 ἡ (pr.)] om. 22 ἐπεὶ οὖν] καὶ ἐπεί p. 102, 6 ἡ] om. 19 καί] om. 22 τὸ *HA* τῷ] τῷ *AH* τό 24 post *AB* in textu hab. τετράγωνον γὰρ τὸ *ΘB* p. 104, 2 ἐστι δοθεῖσα] δοθεῖσά ἐστι δὲ καί] om. 4 post ἐστιν add. διὰ τὸ μ' 15 *ΓΔ*] *ΔΓ* 16 *BΔ*] *BZ* 20 σχῆμα] *EZ* 24 καί] τὸ διὰ τὸν β' (sic) p. 106, 4 ἐστίν] om. post δεδομένῳ lin. 11 add. τῷ εἴδει, lin. 13 εἴδει 21 τό] om. p. 108, 4 *ΓΘ*] *Γ* om. 13 *EΓB*] *EBΓ* 15 *EΓBΔHZ*] *EBΔZH* p. 110, 22 ἐπεί] ἐπεὶ οὖν *ZΓB*] *ΓB* post γωνία add. ὑπόκειται γὰρ τὸ πολύγωνον (comp.) δεδομένον τῷ εἴδει 23 λόγος ἐστί] ἐστι λόγος post δοθείς scho-

lium nr. 119 in textu habet p. 112, 6 *ἐστι*] om. 7 post *ἐστί* add. *διὰ τὸ α' τοῦ ϛ' τῶν στοιχείων* 15 *ΔΚΓ*] *ΓΚ* 25 *ἔχῃ*] *ἔχει* p. 114, 5 *ΓΔ*] *ΓΒ* 11 *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* p. 116, 3 *αὐτοῦ τετράγωνον* *ἕξει*] *ἔχει*, item lin. 8 5 *τῷ εἴδει δεδομένον* p. 118, 10 post *πρός* scholium nr. 124 in textu habet 11 *τῶν*] om. 19 *ἔχει*] *ἕξει* p. 120, 13 *τῶν*] om. *ΓΒ*, *ΒΔ* 14 *ΑΔ*] *ΔΑ* 15 post *ἄρα* add. *πρὸς τὸ ΑΒΓ τρίγωνον λόγος ἐστὶ δοθείς. οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ* *ΑΔ*] *ΒΔ* p. 122, 2 *ΒΑΓ*] *ΒΑΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον* 8 *ἐστί*] om. 10 *ΒΑΓ*] *ΒΑ*, *ΑΓ*, et similiter satis saepe 11 *τῶν* (pr.)] om., item lin. 12, 13 p. 124, 2 *ἐστί*] om. 7 *τῆς* (pr.)] om. 15 *ὑπό*] om. 16 *ἐστί*] om. 24 *ὡς ἄρα*] *ἄρα ὡς* p. 126, 1 *τοῦ*] *καὶ τοῦ* 2 *τῶν*] om. *τρίγωνον*] om. 3 *διά* — 5 *δοθείς*] om. 6 *τοῦ* — 9 *δεδομένον*] om. p. 128, 1 *τοῦ*] *καὶ τοῦ* 17 *τοῖς*] om. *πρός* (alt.)] *καὶ πρός* 19 *λέγω δή* p. 130, 11 *ΔΑ*] *ΑΔ* p. 132, 5 *τῇ*] om. *ἴσον ἐστί*] *ἐστιν ἴσον* 18 *γωνία*] om. 20 *ἔστι* — 21 *δοθεῖσα*] om. p. 134, 2 *τήν* (pr.)] om. 6 *ἐστί*] *καί* p. 136, 14 *ΔΘ*] *ΘΔ* 25 *τήν*] om. p. 138, 6 *ΔΕΖ*] *ΔΖ* 13 *ἔχῃ*] *ἔχει* 17 *ΕΗ*] *ΕΚ* 21 *τήν* (alt.)] om. 22 *ἔστω*] om. p. 140, 6 *τήν*] om., item lin. 7 (alt.) 8. *καί*] om., item lin. 9 10 *ΓΘ*] *Θ* 15 *ἐπεὶ οὖν* *ΑΓΒ*] *ΑΒΓ* p. 142, 1 *ΒΓΔ*] *ΓΔΒ* 3 *ἐστι*] om. 7 *ἐν ἀνίσοις* 23 *τήν*] om. p. 144, 8 *τήν* (alt.)] om., item lin. 5, 14, 16 12 *τό*] bis p. 146, 12 *ἐν ἀνίσοις* 23 *τήν*] om. p. 148, 1 post *δοθεῖσα* add. *ὀρθὴ γάρ* 9 *τῶν*] *τόν* 13 *ἕξει* 15 *ἐπεὶ οὖν* p. 150, 23 *ἡ* (pr.)] om. p. 152, 5 *λόγος*] *λόγος ἐστί* 13 *ἰσογώνιον* 15 *ἴσας ἔχοντα γωνίας*] *γωνίας ἔχοντα* 16 *Β* (pr.)] *Β ἴσας* 18 *τήν*] om. 21 *ΘΖΗ*] *ΖΘΗ* *ΘΗ*] *Θ* p. 154, 3 *ἐπεὶ οὖν* 9 *τήν* (alt.)] om., item lin. 11 (alt.) *ΒΔ*] *ΒΓ* 26 *ἔχει* p. 156, 8 *τήν*] om. 20 *δεχόμενον ἔχον* 22 *τμήματα* (sic) p. 158, 2 *τήν*] om., item lin. 3, 16, 17 13 *ΘΖ*, *ΖΗ*, *ΘΗ*] *ΘΗ*, *ΘΖ*, *ΖΗ* p. 160, 10 *τοῦ*] *καὶ τοῦ* 12 *ἐστί*] om., item lin. 13 (utrumque), 20, 22 *τῷ*] *τό* 13 *τό*] *τῷ* 26 *καί*] om. p. 162, 7 *Α*] *πρώτη* 8 *Γ*] *τρίτη* *Δ*] *τετάρτη* 9 *Β*] *δευτέρα* 15 *ἐστίν*] om. 16 *Β*] *δευτέρα* 18 *Α*] *πρώτη* p. 164, 2 *γίνεσθαι* 8 *Δ*] *τετάρτη* 12 *Α*] *πρώτη* *Γ*] *τρίτη* 15 *ἐστί*] om. 16 *ἐστιν ἴσον*] *ἴσον ἐστίν* 17 *Β* — *τῶν*] bis 18 *ἐστι*] om. p. 166, 3 *ΒΓ*] *ΒΑΓ* 4 *ΒΑ*] *ΑΒ* 6 *ἐστί*] om. 7 *τήν*] om. 11 *ΒΔ*] *ΔΒ* 12 *ἐστιν*] om. p. 168, 4 *ἐστι*] om. 9 *εἰσίν*] *ἐστίν* p. 170, 1 *δοθέν ἐστι*] *ἐστι δοθέν* 2 *τῶν* (pr.)] om. *ΓΒ*, *ΒΔ*] *ΓΒΔ* 3 *ΑΒΓ* 5 *ΓΒ*, *ΒΔ*]

ΓΔΒ 10 *ΒΔ* 12 *τοῦ*] *τοῦ ἄρα* *ἄρα*] om. 15 *ΒΓ*, *ΓΔ*] *ΒΓΔ*, item lin. 16 16 *ἐστί*] om., item lin. 25 21 *ΒΔ*] *τὴν ΒΔ* p. 172, 15 *ἐστίν*] om. 16 *γάρ*] *γάρ ἐστιν* p. 174, 8 *γάρ*] om. 10 *ἐπεὶ οὖν* 13 *ἐστί*] om. 24 *τὸ κέντρον τοῦ κύκλου* p. 176, 1 *καὶ ἐπεί* 3 *ἐστίν*] *καί* 5 *εὐθεῖα γραμμή* 6 *ἐστίν*] om. 13 *ἀπό* — 15 *μεγέθει*] om. 16 *γάρ*] om. 17 *καὶ ἐπεί* p. 178, 1 *ἐστί*] om., item lin. 17, 19 2 *ἄρα ἐστί* 13 *ΒΔ* 14 *τῶν ΒΔ, ΔΓ*] *ΒΔΓ* p. 180, 5 *γάρ*] om. 6 *ΔΑ* 10 *ἐστί*] om., item lin. 12 11 *ΖΑΕ* 19 *ὑπό*] *ὑπὸ τοῦ* 23 *ΑΒΓ*] *ΓΑΒ* p. 182, 12 *ἐστί*] om., item lin. 22 23 *ΒΔ*] *ΔΒ*, corr. supra m. 1 27 *ἐναλλὰξ ἄρα* p. 184, 8 *ΒΓ*] *ΓΔ* 9 *ὡς ἄρα συναμφότερος* 10 *τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου ἄρα* 11 *ἴσον ἐστί* 17 *προσβληθῇ*] *προσληφθῇ* 18 *ἀχθῇ*] *ἀχθῇ τις εὐθεῖα* p. 186, 4 *καὶ ἐπεί* 7 *ἐστί*] om., item lin. 8 (utrumque), 10, 13, 16, 17 14 *δοθὲν σημεῖον τὸ Ζ* 17 *ὅπερ ἔδει δεῖξαι*] om. p. 192, 4 *Α*] *ΑΒ* *ὡς δέ*] bis 5 *τό* (pr.)] *καί* 14 *γάρ*] om. p. 194, 5 *γωνίᾳ*] om., item lin. 18 13 *ἄλλως τὸ αὐτό* 15 *καὶ ἐπεί* 17 *ΖΕΔ*] *ΖΕΒ* 18 *ΑΔΓ*] *ΑΒΓ* 19 *ΑΔΓ*] *ΑΔΒ* *ΖΕΓ*] *ΖΕΒ* p. 196, 7 *ΑΕ*] *ΔΑ* *καὶ ἐπεί* 12 *δεδομένῳ*] om. 19 *καὶ κέντρῳ* p. 198, 1 *ἡ* (alt.)] *καὶ ἡ*, item lin. 9 (pr.) 5 *ἐπεὶ οὖν*, item lin. 20 p. 200, 4 *καί*] om. 8 post *εὐθείας* add. *ἐπὶ τὸ Δ* 9 post *ἴση* add. *ἡ ΑΔ* 21 *ἐκκείσθω* *ΔΑ*] *ΑΔ*, corr. supra m. 1 22 *ἐπεὶ οὖν* p. 202, 1 *ΒΓ*] *ΓΒ* 14 *ἡ*] om. p. 204, 2 *τῷ*] om. 3 *δοθείς*] hic add. *διὰ τὸ μθʹ* *δοθέν* (pr.)] *δοθείς* 4 *ἄρα*] *δέ* 20 *ἐστί*] om., item lin. 22 p. 206, 10 *ἐστί*] om. 13 post *ὥστε* add. *κοινοῦ ὕψους*; *λαμβανομένου τῆς ΓΔ εὐθείας* 14 *τῶν*] om. 26 *ἕξει* p. 208, 10 *ἐπεὶ οὖν* 17 post *ΒΑΓ* scholium append. nr. 23 in textu habet 23 *τῶν*] om. 26 post *δοθείς* add. *διὰ τὸ ϛʹ θεώρημα* p. 210, 9 *ἀμβλεῖα ἔστω* 20 *ἀφηρῆσθω* (*ει* m. 1) 23 *τῆς ΒΓ*] *τοῦ Γ* 25 *ΕΑΓ*] add. *γωνία* 26 *λοιπή*] *λοιπόν* (comp.) p. 212, 1 *ΑΕΓ*] *ΕΓ* 4 *ΓΖ*] *ΓΖΘ* *τῆς* — 6 *δοθείς*] om. 18 *διήχθω* — 24 *ΑΓ*] *τετραγώνου γὰρ ἀναγραφομένου ἀπὸ τῆς βγ τοῦ βθ καὶ συμπληρουμένου τοῦ γκ παραλληλογράφου* (sic) *ἐστὶν ὅλον τὸ βκ παραλληλόγραμμον ἴσον τοῖς λγ, γκ. καί ἐστι τὸ μὲν βκ τὸ ὑπὸ τῶν εβ, βγ· τῇ γὰρ βγ ἴση ἡ βλ, τὸ δὲ αγ τὸ ἀπὸ τῆς βγ. καί ἐστι τὸ γ τὸ ὑπὸ τῶν εγ, γβ. ἴση γὰρ ἡ γβ τῇ θ* (sic)· *τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν εβγ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν εγ, γβ*



μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς γβ p. 214, 6 πρός] πρὸς τήν 7 ἐστί] om. 8 ΒΔ] τοῦ ΒΔ τῷ (alt.)] τό in ras. 16 ἐστιν] om. 19 ἴση ἐστίν ἰσογωνω (sic) 22 τὴν ΔΓ] ΓΔ 23 τήν (alt.)] om. 25 ΒΓ] ΓΒΓ p. 218, 4 τόν] om. 7 τήν] om. 9 ΗΕ] ΕΗ, item lin. 13 10 ἐξ οὗ] ἐκ τοῦ 15 post λόγος (pr.) add. ἐστί 21 τῶν] om. p. 220, 3 post ΒΑΓ add. ὀρθογώνιον 15 ἡ ὑπό] bis ΒΑΓ] ΒΓ p. 226, 6 ἐστίν] om., item lin. 7 (cum ἄρα), 9, 11, 18 ΕΔ· θέσει] ΕΔ θέσει καὶ τῷ μεγέθει. δέδοται 9 ΑΔ, ΔΖ] ΑΖ, ΖΔ 16 ΓΕ] ΓΖ 17 καὶ ἐπεί 21 ΖΒΕ] ΑΒΕ 23 ἐστιν ἴση] ἴση ἐστίν p. 228, 1 ἐστί] om., item lin. 9, 18 4 τήν] om. 16 ΖΔ] ΔΖ τῷ] τό 17 ΑΒΔ p. 230, 1 ἐπεὶ οὖν 4 ἴση ἐστίν 5 ΑΒΓΔ 6 ἐστιν] om., item lin. 9, 10, 11, 13, 16 8 ἴσαι ἔσονται] om. 15 ἡ] τῇ 18 πρότερον] προτέρῳ 19 post ἐστιν add. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ex his scripturis adparet, eorum, quae codicis Vat. et propaginis eius propria sunt, in cod. z uix quidquam reperiri. ad codd. Pv propius accedit; cfr. p. 50, 11; 68, 1; 170, 5 et p. 60, 8; atque cum v solo saepius consentit, uelut p. 48, 1; 66, 23; 92, 8, 18; 94, 18; 112, 25; 122, 8; 128, 17; 130, 11; 132, 20—21; 138, 13, 21; 160, 10; 170, 21; 176, 1; 200, 4; 202, 1; 218, 9, 15; sed plurimis locis consensus sine dubio fortuitus est. cum Vat. v peccat p. 94, 2; 106, 11; 116, 3; 194, 5; 196, 12; 226, 9. scripturas genuinas quas z aut solus (u. p. 216, 9 ἄρα) aut cum codd. Theoninis (u. p. 66, 3 παράλληλος[1]); p. 94, 11 τῷ; p. 142, 4 ΕΗ[2]); p. 170, 10 ΒΔ z, ΔΒ b; p. 210, 22 τό; p. 216, 13 ΒΓ; cfr. p. 156, 20) aut cum Theoninis et m. 2 Vat. (u. p. 58, 12 τήν; p. 174, 7 ἀπολήψεται; p. 186, 12 ἄρα; p. 210, 26 λοιπή) praebet, librarius coniciendo repperisse putandus est, cuius studium interpolandi mutandique quauis fere pagina deprehenderis. nec mirum esse potest, quod p. 52, 20; 54, 14; 56, 14; 92, 4; 176, 5; 198, 20; 200, 9 eadem ac Theonini inculcauit; cfr. praeterea p. 68, 17; 116, 8; 182, 12; 186, 13, 17; 200, 4. propositionem, quae uulgo est 87, cum lemmate z non habet.

cod. 23 nescio an ad supplendum codicem z scriptus sit. pendet e cod. 30, quocum p. 4, 13 τὸ λοιπόν pro τὸ ὅλον, p. 22, 2 ἄρα pro ἔσται habet, p. 14, 18 δι' ἴσου — 19 Z omittit; cfr. p. 20, 9 ἔσται] ἄρα ἤ 30, ἄρα ἐστί 23.

cod. 36 unde originem ducat, pro certo non adfirmauerim;

---

1) In adp. cr. scribendum erat bz.
2) P. 52, 23 error in ipso antigrapho codicis z correctus erat.

ubi codd. Pv ab Vat. discrepant, cum illis facere solet, uelut p. 234, 14; 236, 1, 25; 240, 13; 242, 23; 244, 22, 23, 28; 256, 19. e scripturis, quas solus habet, has commemoro: p. 234, 3 ἄγεται, 10 συμφωνοῦσι, 17 ὁ Διόδωρος, p. 236, 14 ποριστόν pro πόριμον, p. 246, 1 πᾶν τὸ γνώριμον, 11, 12 τό pro τῷ, p. 256, 10 διαιρεῖται.

restant ii codices, quibus Theonis recensio aut integra aut ex parte continetur. sunt autem codd. b, a, 5, 25, 31[1]). ex his codd. 5, 25, 31 Theonis recensionem non habent, nisi inde a uerbis demonstrationis alterius propositionis 80 p. 220, 11 τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΓ; in antecedenti parte e codice 30, cuius pars chartacea ab illis uerbis incipit, eos pendere, facile intellegitur. atque in ea parte cod. 25 a Iohanne Rhoso (in fine Datorum: — διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰωάννου πρεσβυτέρου ῥώσου τοῦ κρητικοῦ) ita effictus est, ut uel apertissima menda eius retineat; cfr. p. 20, 21 λόγος (alt.)] λόγον 30, 25; p. 92, 22 τῆς ΑΒ] bis 30, 25; p. 94, 10 δεδομένης] δεμένης 30, 25; p. 210, 3 τῆς] τό 30, 25. cod. 31 in scripturis a sodali mihi suppeditatis cum codd. 30, 25 conspirat, uelut cum iis p. 14, 16 τὸ Α — οὕτως, 18 δι' ἴσου — 19 Ζ, p. 120, 15 ΒΓ, ΑΔ — 16 τῶν, p. 154, 4 δέ omittit et p. 140, 2 ΓΚ pro ΚΓ praebet. cum uerba p. 10, 10 λόγος ἐστί cum cod. 25 solo omittat, ex hoc eum statuerim descriptum esse. in parte Theonina cfr. p. 164, 14 Ε] Δ b, 25, 31; ib. Δ] Ε b, 25, 31; p. 164, 24 ἔσται] ἐστι b, 25, 31. manus rec. in cod. 31 nonnulla inseruit, multa correxit, plura in mg. adscripsit; qua in re duobus codicibus usus est, quorum alter uel cod. 15 ipse uel apographum eius erat; u. p. 4, 7 τοῦ δοθέντος] τοῦ ἐλάσσονος 15, in mg. 'aliter τοῦ ἐλάσσονος' 31 m. rec.; p. 14, 16 τὸ Α — οὕτως] om. 31; in mg. post Ε (lin. 17) add. m. rec.: 'οὕτω τὸ Α πρὸς Β'; praeterea: 'aliter τὸ Α πρὸς τὸ Β, οὕτως τὸ Δ πρὸς τὸ Ε' (cfr. cod. 15); p. 136, 10 post γωνιῶν add. ἃς ὑποτείνουσιν mg. m. rec. (u. cod. 15). miror, quod m. rec. in interpolatione p. 138, 24 sqq. (u. p. XX) margini adscripta uerba κείσθω — ἡ ΓΚ omisit.

etiam cod. 5 p. 92, 22 τῆς ΑΒ bis habet; praeterea u. p. 4, 13 τὸ ὅλον] τὸ λοιπόν 30, 5, 25; p. 84, 3 ΒΑΓ] Γ m. 2 supra scr. 30, ΒΑ 5, 25. in Theonina autem parte codd. 5, 25 easdem fere scripturas uitiosas habent atque b et a, uelut p. 168, 8 πλάτη] πλήθη b, a, 5, 25; p. 170, 9 καί — 10 δοθείς]

1) De codd. 17, 18 praeter ea, quae in conspectu codicum dedi, nihil comperi.

om. b, a, 5, 25; ib. 10 καί — 12 δοθείς] om. b, a, 5, 25; p. 186, 13 ἐπεί] ἐστιν ἐπί a, 5, 25; p. 186, 15 τὸ Z δοθέν] δοθὲν τὸ Z a, 5, 25; ib. δοθὲν ἄρα ἐστί] καὶ δοθέν a, 5, 25. id quoque notandum, uerba p. 170, 8 τοῦ — 9 δοθείς in codd. 5, 25 deesse.

sequitur codex a. is unus integram Theonis recensionem continet. sed e codice b, quem et ipsum multis et grauissimis uitiis inquinatum esse infra uidebimus, descriptus est, id quod primum transmutatio illa foliorum, de qua p. VII dictum est, tum communes lacunae uelut p. 122, 8 πρός — 126, 9 δεδομένον et p. 206, 4 κατεσκευάσθω — 5 ἤχθω, denique plurimi errores, in quibus inter se conspirant, satis superque docent. accedit, quod is, qui codicem scripsit, etiam propria peccauit, uelut p. 56, 18 καί — 19 τῶν] ἀφῃρήσθω δὴ ἡ ὑπὸ ΔΘΛ· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ τῶν ΗΘΔ δοθεῖσα· ἴση δὲ ἡ ὑπὸ ΕΖΔ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ· δοθεῖσα ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ὑπό a; p. 72, 4 τό] om. a; p. 82, 4 ΕΒΓ] ΕΒ a; p. 176, 11 τῇ θέσει] om. a. quare ne in iis quidem partibus libri, ubi b deficit, codici a multum auctoritatis tribuendum est neque ea, quae ibi propria habet, satis magna cum probabilitate Theoni adsignanda sunt, nisi in scripturis codicis b occurrunt, quae aliquam comparationem habeant. librarius autem, qui in codice b conspectum propositionum dedit — eum enim a Theone compositum esse, non facile crediderim —, parum suam accurate rem gessit; u. p. 92, 12 ἀπ'] τὰ ἀπ' β; p. 128, 14 ἔχῃ — ἕξει] om. β; p. 134, 12 αὐτά] ταὐτά β; p. 144, 21 ἤτοι — 22 δέ] om. β; p. 154, 24 εὐθειῶν] om. β; p. 162, 21 ἔχωσι] ἔχουσι β; p. 166, 16 εὐθεῖαι] om. β; praeterea cfr. p. 4, 13, 18; 16, 17—19; 32, 4; 36, 4; 178, 25. itaque ei magna fides non est uindicanda neque ex eius scripturis magnum redundare potest emolumentum.

quae cum ita sint, unum fere auxilium ad Theonis recensionem cognoscendam et constituendam a codice b requirendum esse abunde adparet. quo magis est dolendum, librum illum plurimis et foedissimis scripturae erroribus deformatum esse; praeter innumerabiles illas omissiones per ὁμοιοτέλευτον, quod uocant, explicandas hic adfero p. 88, 7, ubi scholium uidetur in uerba Euclidis irrepsisse; 146, 8, 22; 150, 21—23; 168, 17. neque tamen maximam uitiorum partem neglegentiae eius, qui codicem scripsit, tribuerim; nam cum in Elementis diligentia quadam usus sit, non est, cur putemus, eundem in Datis neglegentissime se gessisse. sequitur igitur, Data in codicem b ex libro admodum deprauato transcripta esse atque opus esse

satis difficile et quod multum habeat haesitationis, statuere, quid Theonis studio uerba Euclidis emendandi, quid librarii uel librariorum socordiae et incuriae adscribendum sit. de exemplari, quod Theoni praesto fuit, si quaerimus, id adfine fuisse ei libro, ex quo PVat.v fluxerunt, errores illi omnium codicum communes (u. p. XVI) luculenter indicant; praeterea u. p. 66, 12 *δοθεῖσα*] *θέσει* Pvb; in figura prop. 79 *ZΔ* rectam om. Vat.vb; p. 214, 8 *τῷ* (alt.)] *τό* Pvb; p. 216, 9 *ἄρα*] om. PVat.vb; p. 220, 10 *BΓ*] *BΓ λόγος* Pvb, et cfr. p. 14, 13; 172, 16; 175, 24. de interpolationibus communibus infra dicetur. cum P solo b(a) in manifestis erroribus conspirat p. 70, 12; 104, 24, saepius in rebus mediis, uelut p. 4, 6, 12; 20, 21; 30, 16; 44, 6; 132, 21; 140, 15; 154, 3, 16, et in ordine litterarum p. 70, 11; 76, 7; 154, 6; 172, 18; 212, 11[1]). similiter b(a) cum Vat. solo congruit p. 42, 24; 114, 11; 130, 2; 164, 16; 192, 13; 214, 6 et in litteris p. 66, 14; 88, 1, cum v p. 12, 4; 18, 25; 36, 16; 52, 13; 118, 6; 132, 5; 134, 20; 140, 8; 170, 16, 24; 182, 16; 194, 13; 212, 14; 228, 17 et in litterarum ordine p. 40, 17; 64, 10; 88, 2; 138, 25; 140, 3; 166, 23; 178, 13; 180, 6; 212, 11; 218, 13.

sed non raro Theonini soli ueram sinceramque scripturam praebent; testes sunt illi loci, ubi supra (p. XVI) dixi in PVat.v communiter peccatum esse. nihil mirum, quod hic illic scripturae Theoninorum cum ueris emendationibus m. 2 Vat. (u. p. XVIII) concordant, cfr. p. 58, 12; 104, 20; 174, 7; 186, 12; 202, 1. deinde b(a) p. 4, 18; 74, 16; 90, 14 (u. fig. cod. b), 20; 92, 19; 94, 2; 106, 11; 110, 10; 116, 3; 160, 19; 172, 3; 176, 3; 194, 1, 5; 196, 12; 200, 15 cum P, p. 50, 11; 60, 8; 68, 1; 70, 12; 130, 2; 140, 23; 152, 21; 170, 5; 192, 8, 9; 220, 14; 228, 9: 230, 14 cum Vat., p. 40, 14; 60, 21; 142, 1; 156, 1; 182, 15; 192, 10; 202, 1 cum v genuinam scripturam retinuit. de consensu cum z p. XXX dictum est.

Illis locis, ubi Theoninorum scripturam recepi, hic paucos addam, quibus eosdem, cum Euclidis uerba seruasse uideantur, sequi debebam.

p. 36, 16 articulum, qui in va legitur, nego ab Euclide

---

1) Etiam hoc notandum, ea, quae in P mg. m. 1 leguntur, in b interdum aut omissa aut mutata deprehendi; cfr. p. 152, 12; 164, 2—4; 166, 3—5; 170, 4—5.

omissum esse; u. p. 10, 11; 12, 5; 14, 11; 20, 17; 22, 7; 26, 3; 34, 11, 17; 42, 20; 44, 18; 72, 19; 74, 14, 16; 76, 25. quare ὁ et hoc loco et p. 30, 19, ubi in omnibus libris deest, inter uerba Euclidis recipiendum erat.

p. 44, 7 in a additur *καὶ τοῦ ΑΕ : ΕΒ λόγος ἐστὶ δοθείς*. cum negari non possit, inter rationes, quas datas esse Euclides demonstrat, rationem *ΑΕ* : *ΕΒ* desiderari, re accuratius deliberata puto illa uerba, quae in fonte codicum PVat.v propter *ὁμοιοτέλευτον* facile intercidere potuisse adparet, recipienda fuisse, uerba autem l. 6 *ἀλλά* — 7 *δοθείς* (alt.) nihil aliud spectare nisi ut demonstretur, rationem *ΑΕ* : *ΕΒ* datam esse, quamquam insolita demonstrationis breuitas offendit; scribendum enim erat Euclidis more l. 7 post *δοθείς* (pr.): *τοῦ ΑΕ ἄρα πρὸς ΖΔ λ. ἐ. δ.· ἀλλὰ τοῦ ΖΔ πρὸς ΒΕ λ. ἐ. δ.· καὶ τοῦ ΑΕ κτλ.*

p. 64, 21 *παράλληλος* in a deest idque rectissime, cum *παρά* — *παράλληλος* Euclides scripsisse non sit existimandus.

His praemissis statuendum est, quae Theon mutauerit et quid potissimum mutationibus secutus esse uideatur. meminerimus autem oportet, exemplis ex scripturis codicis a et ex conspectu illo (β) petitis cautissime utendum esse. iam ad singula transeamus.

Ac primum quidem Theon id egit, ut errores, quos se in Euclidis libro deprehendisse arbitrabatur, emendaret et corrigeret. quod his exemplis confirmatur: p. 32, 14 sqq. miro sane demonstrandi ordine (u. p. 33 not.) offensus solitam rationem restituit, nisi quod initio omisit *ἐπεὶ γὰρ τὸ ΑΒ τοῦ Γ δοθέντι μεῖζόν ἐστιν ἢ ἐν λόγῳ* (cfr. p. 166, 3).

p. 52, 23 Theon errauit, quod dicendum esse putabat, circulum datum esse magnitudine [1]), neque magis feliciter *δέ* substituit pro *ἄρα* sine dubio propter id, quod sequitur, *δέδοται γάρ κτλ.* u. p. 78, 6; 196, 21.

p. 160, 19 uerba *μὲν Α πρὸς τὴν Δ, τῆς δέ* cum ad l. 20 *λόγος* — *δοθείς* referret, hic superuacanea esse iudicauit; sed ad demonstrationem sequentem totam referenda sunt. similis est ratio p. 168, 8—9, ubi Euclidis uerba mutauit, quia id, quod *ΒΔ* data est, nulli usui est.

---

1) *δεδόσθαι* apud Euclidem idem ualet quod *δεδόσθαι τῷ μεγέθει* u. schol. nr. 23.

p. 200, 12 ἡμίσεια — 13 *ΒΑΓ* fortasse propterea omisit, quod glossatoris additamentum esse censuit; sed u. p. 124, 14.

p. 226, 6 Theon, ut locum sanaret, pro δοθεῖσα scripsit θέσει respiciens, nisi fallor, ad p. 176, 2 atque δέδοται omisit. equidem satis habui δέδοται deleuisse.

Iam uero Theon non raro id sibi sumpsit, ut cum Euclidis se orationem putaret posse meliorem reddere, tum sermonem eius contraheret atque incideret. ex amplioribus huius generis mutationibus has adfero:

p. 10, 9—11 breuis esse uoluit, sed p. 12, 3—5 Euclidis uerba seruauit.

eidem studio tribuendum est, quod p. 10, 15 ἐπεί — 16 ἄρα omisit neque p. 18, 23—24 quidquam nisi ἀνάπαλιν retinuit.

ea, quae p. 12, 8—16 leguntur, quamuis in a deprauata sint, ut, quid Theon scripserit, pro certo adfirmari non possit, tamen eum adparet Euclidis uerba pressisse.

p. 22, 9—13 rursus breuitati studuit, sed rem suam infeliciter gessit, quamquam concedo, ne librarios quidem a culpa liberos esse. fortasse Theonem offendit, quod Euclides praeter consuetudinem (u. p. 26, 4; 28, 3; 30, 2, 20; 36, 17; 38, 19; 40, 17; 100, 2; 104, 7), priusquam propositionem 2 ad demonstrationem adhibeat, rationis membra inuertit.

p. 28, 5—7 respexisse uidetur ad p. 20, 20 (u. etiam p. 34, 13—14, 19—20 et p. 26, 5—6; 42, 21—22); proportionem igitur paulo ante propositam omisit et ὅλον — ὅλον addidit. conferantur ea, quae p. 40, 19—20 et p. 30, 4—5, 22—23; 36, 19—20; 38, 21—22 simillime a Theone omissa sunt.

p. 46, 25—48, 1 pro εὐθείας γὰρ γραμμῆς τὰ πέρατα — δεδομένα ἔστω τῇ θέσει substituit εὐθεῖα γὰρ γραμμὴ ἔστω ἧς τὰ πέρατα — δεδομένα, fortasse ut notiones rectae et terminorum magis efferrentur.

p. 106, 2—3 Euclides Theoni longior uisus est; quare duo membra orationis parum feliciter in unum coniunxit; simili breuitate, memor sine dubio p. 130, 2, usus est p. 132, 20—21, si quidem uerba ἔστι — δοθεῖσα in archetypo suo habuit. p. 108, 19—20 cum membrum ἔστι — δοθεῖσα redundare iudicaret, uerba l. 19 *ΓΑ* — 20 τῶν deleuit et per ὥστε conclusionem adnexuit; cfr. p. 110, 4—5. similiter p. 140, 17—18 duobus orationis membris omissis ratiocinationis breuitatem adfectauit.

p. 150, 5 in uno eodemque membro temere breuitatem

quandam secutus est; nescio an in expositione ei displicuerit πρός τι ὀρθογώνιον.

in propositione 83 licet tota protasis librarii culpa inquinata sit, tamen amplificationem p. 164, 2 Theoni, quippe cui nudum illud ἔσται minus placuerit, deberi puto.

p. 166, 3—5 mutauit ad similitudinem propositionis 85. p. 166, 23 sqq. ἐστι post $\varDelta E$ a librario inculcatum est; nam inauditum ἡ $\varDelta E$ ἐστι nullo modo Theoni tribuerim.

p. 210, 2—8 postquam ratiocinationem in breuiorem formam redegit, uerba ᾧ ἄρα — δεδομένον addidit, ne haec demonstrationis pars careret conclusione; u. p. 212, 12—14.

huc pertinent etiam ii loci, ubi Theon aliquod orationis membrum ita deleuit, ut nihil amplius mutaret nec quidquam adderet; u. p. 10, 18—19; 130, 9—10; 170, 4—5 [1]) (cfr. lin. 21—22); 196, 22—23. ac ne p. 186, 10—11 quidem a culpa liberum eum esse opinor; etenim nescio an uerba l. 12 ἑκατέρα — ἐστιν uoluerit ad lin. 9 ἴση — 10 $Z\Theta$ adnecti, quo facto δοθεῖσα — θέσει aut consulto aut temere omisit. quod conclusio extrema in Theoninis p. 50, 23; 110, 5—6; 166, 13—14 deest, id nemo adsignabit Theoni neque uero ea, quae p. 62, 8—9; 150, 21—23; 154, 4; 200, 15; 204, 20—21 in Theoninis peccata sunt. quodsi dubitari non potest, quin Theon, ut breuis esset, interdum quasi gradum demonstrationis omiserit, tamen eius generis omissiones, quae quidem per ὁμοιοτέλευτον explicari possunt, si non omnes, at maximam partem librariorum neglegentiae attribuendae sunt, uelut p. 28, 2—3, ubi in librarii antigrapho lin. 3 pro altero $Z\Gamma$ sine dubio scriptum erat ΓZ. conferantur praeterea hi loci: p. 24, 24—25; 34, 8—9; 42, 4—5, 7—8; 54, 16—17; 80, 13—14; 82, 2—3; 92, 8; 96, 8—9, 11—12; 112, 18; 126, 16—17; 130, 6—8; 132, 9—10; 134, 3—4; 142, 23—24; 144, 1; 146, 19—20; 150, 18—19; 154, 4, 9—11; 156, 16—17; 158, 5—6, 19—20; 170, 9—10, 17—18, 22—23; 178, 1; 180, 10; 182, 25—26; 184, 7—8; 206, 23—25; 228, 17.

p. 212, 4 uerba τῆς — 5 δοθείς cum in antigrapho codicis b propter ὁμοιοτέλευτον intercidissent, in margine addita erant; inde postea loco parum recto lin. 8 inserta sunt.

---

1) In archetypo codicum PVat. v uerba ὡς — $B\varDelta$ a librario omissa in margine adscripta erant atque ibi in P leguntur; librarii autem codd. Vat. v ea in textum receperunt.

Plures Theonis emendationes et mutationes pauca uerba amplectuntur:

p. 10, 7—8 quod pro *πρός* — *δεδομένον* scripsit, magis perspicuum esse existimauit (cfr. lin. 18—19). eadem de causa p. 44, 23 pro *αὐτῶν* recepit *τῶν Δ*, Z. cfr. etiam p. 92, 1.

p. 26, 23 pro *τῷ* substituit *αὐτῷ ὁ*, quia subtilius limatiusque ei uisum est, rationem, quam datam esse suppositum est, rationi, quam datam esse demonstratum est, aequalem proponi, quam hanc illi. similiter p. 68, 21 pro *τῷ* scripsit *αὐτῷ τό* (p. 70, 22 mutatione abstinuit). atque idem secutus est sine dubio p. 38, 13; in articulis enim peccauit librarius. p. 28, 22; 40, 13 Theon non mutauit.

p. 42, 21 ei asyndeton displicuit; quare *καὶ ἔσται* pro *ἔσται καί* scripsit.

p. 46, 6 *τὸ δὲ ὑπὸ τῶν Δ*, Z *ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς E* posuit pro *τῷ δὲ ὑπὸ τῶν Δ*, Z *ἴσον τὸ ἀπὸ τῆς E*, quod pro $\Delta \times Z$ substituendum erat E^2. (lin. 5—6 non mutauit neque p. 134, 7; 160, 11—13, 21—23; 164, 16—17[1]).) simili commutatione etiam p. 70, 11—12 consulto usus esse uidetur, licet librarium quoque peccasse adpareat[2]). p. 68, 10; 200, 21 Theon culpae expers est.

p. 50, 20 *ὡς* pro *καὶ ἔστω* scriptum Theoni non tribuerim; p. 50, 2; 52, 11 quidem id intactum reliquit. *ὡς* nescio an ex compendiis male intellectis natum sit.

p. 122, 2 anguli significatio *ἡ πρὸς τῷ A* ei displicuit; quare solitam *ὑπὸ τῶν BAΓ* restituit, p. 156, 1 autem *πρὸς τῷ* deleuit.

p. 208, 19 Theoni pro *μεῖζόν ἐστι* libuerat substituere *ὑπερέχει*; librarius autem postquam scripsit lin. 19 *συναμφοτέρου*, oculis rediit ad lin. 18 *συναμφοτέρου* itaque uerba *τῆς ΓAΔ καὶ τῆς AB* repetiuit.

p. 214, 1—2 Theonem constructio uerborum offendit; quare *προσκείσθω* falso interpolauit; *δέ*, quod propter antecedens *ἐπεί* ferri non potest, delendum esse non uidit; *οὖσα* autem, postquam *τε* inculcauit, deesse posse ei uisum est.

Theonis mutationes etiam ad singula uerba pertinent, uelut p. 156, 2 *δῆλον* scripsit pro *λέγω*, p. 14, 9 *κείσθω* pro *ἔστω*

1) Hoc loco *τό* et *τῷ* in Vat. permutata sunt.

2) Euclides ne in Elementis quidem illud chiasmi quem uocant genus spreuit, uelut uol. IV p. 278, 12—13.

(cfr. p. 10, 9). de p. 26, 3 ἔστω pro γεγονέτω dubito; in eadem formula alibi semper γεγονέτω legitur; u. p. 20, 17; 22, 7; 30, 19; 34, 11, 17; 36, 16; 72, 19; 74, 14, 16; 76, 25. ac ne ea quidem uocabula, quae uere mathematica uocari possunt, uariare ueritus est: pro ἀγομένη p. 4, 16 praetulit καταγομένη, p. 4, 18, 20 ἀναγομένη, p. 64, 2 διήχθω pro κατήχθω respiciens ad p. 62, 4, p. 102, 19 ἐκβεβλήσθωσαν pro διήχθωσαν, p. 104, 12 ἐλλείποντος pro ἐλλείμματος (non mutauit p. 168, 8), p. 150, 11; 212, 18 ἐκκείσθω pro κείσθω, p. 166, 11 ὑπέρβλημα pro ὑπερβολή (hoc intactum reliquit p. 106, 11); etiam p. 176, 20 ἡκέτω in ἐρχέσθω mutatum sine ulla dubitatione Theoni tribuo. huc referendum est, quod p. 174, 21; 194, 14 pro δοθέν substituit τυχόν; contra p. 196, 6 pro τυχόν maluit δοθέν. multis locis librarios in eo genere commutationum errasse manifestum est; u. p. 64, 7; 78, 10; 186, 7; 200, 1; praeterea cfr. p. 76, 15; 192, 15, 16 al.

Ordinem uerborum in Theoninis saepius inuersum habemus; cfr. praeter locos infra commemorandos p. 30, 1—2; 40, 3; 64, 18; 94, 21; 100, 8 al. p. 178, 11 Theon nescio an uoluerit δεδομένου et τοῦ ABΓ artissime coniungi neque minus p. 180, 1 respiciens ad p. 174, 20 (cfr. p. 184, 23); p. 218, 27 Euclidis ordinem respuit omisso δή, quod ei displicuit.

Litterae ex figuris sumptae in Theoninis sescentis locis permutatae sunt idque librariorum aut licentia aut neglegentia plerumque factum esse patet. p. 102, 7—9 Theon propter ultimum antecedentis proportionis membrum priore loco ΓK posuisse uidetur, ut in iis, quae sequuntur, litteras commutare cogeretur [1]). p. 164, 14 litteras Δ et E commutauit propter rationem sequentem $A \times \Delta : A \times E$. p. 180, 6 quoniam ΔA praetulit pro AΔ (cfr. p. 176, 17), Z, E ei mutandum erat in E, Z. p. 200, 1 ordo litterarum Θ, K Theonem offendit, cum respiceret ad ordinem rectarum AB, ΓΔ p. 198, 24. sed Euclidem id chiasmi genus non esse aspernatum, docent loci, quales sunt p. 110, 21, ubi librarius cod. P ordinem mutasse putandus est; 152, 17; 156, 5 [2]).

---

1) Temerarias inuersiones membrorum rationum, uelut p. 128, 7—8, silentio praetereo.

2) Similia etiam in Elementis inueniuntur, uelut uol. I p. 290, 24—25; cfr. etiam uol. V p. 40, 12—13 et Pappus ed. Hultsch p. 150, 17. mathematici Graeci, cum in construendo demonstrandoue de una figura ad alteram siue de una eiusdem

Restant ii loci, quibus Theonini in minutiis quibusdam sermonis cum ceteris libris discrepant. atque harum quoque mutationum satis magnam partem Theoni tribuerim neque de hac sententia depellor inconstantia ista, quam in his quoque rebus deprehendimus; uelut p. 112, 14; 118, 12 pro *ἄρα* posuit *ὥστε*, contra p. 170, 7 *ἄρα* pro *ὥστε*. porro p. 174, 17 *καί* pro *δέ* substituisse uidetur (cfr. etiam p. 166, 7), contra p. 58, 13; 180, 16 *δέ* pro *καί*, atque hoc quidem loco fortasse propter p. 178, 7, 23 (cfr. p. 184, 16). etiam p. 30, 14 *δέ* pro *καί* — *μέν* positum propter *μέν* lin. 10 omissum Theoni ipsi adsignauerim. p. 182, 7 *καὶ ἐπεί* mutauit in *ἐπεὶ γάρ*, quoniam omiserat *ἐπεζεύχθω ἡ ΒΔ*. p. 172, 19 *ἐπειδή* pro *ἐπεὶ καί* scriptum utrum Theoni tribuendum sit an librario, dubito. p. 60, 11 *δέ* pro *ἄρα*, p. 82, 24; 158, 8 *ἄρα* pro *δέ*, p. 98, 22; 202, 13 *δέ* pro *δή*, haec omnia a Theone aliena sunt, neque minus mutatio p. 186, 15. p. 180, 19; 182, 5 et p. 208, 5, 14 in praepositionibus *ἀπό* et *ὑπό* permutandis peccauit librarius; idem p. 54, 6 *πρός* scripsit pro *εἰς*. sed p. 136, 9 *ἐκ* pro *ἀπό* imputare malim Theoni (*ἀπό* intactum reliquit p. 152, 10), qui sine dubio pro *μετὰ τοῦ* p. 210, 18 praetulit *καὶ τό* et lin. 18—19 *τε* — *καὶ τῷ*. idem p. 218, 8 *ἐκ τοῦ ὄν* in *ἐξ οὗ ὄν* mutasse putandus est, licet illud lin. 7 in b legatur[1]). etiam p. 16, 21; 18, 12; 20, 2, ubi Theonini pro *μετὰ τοῦ ἑξῆς* praebent *μεθ' οὗ*, in eum culpam contulerim. *πρὸς τήν*, quod saepius, uelut p. 100, 16; 102, 10; 140, 8, 21; 142, 10; 144, 6, 17 al., in Theoninis pro *πρὸς ἣν ἡ* inuenitur, nemo tribuet Theoni. interdum in Theoninis pro praesenti futurum substitutum est, uelut p. 16, 20; 178, 10, 25 (β); 184, 20 *ἔσται* pro *ἐστι*, p. 72, 27; 134, 13 *ἕξει* pro *ἔχει*, p. 48, 16 *μεταπεσεῖται* pro *μεταπίπτει*; saepius autem pro futuro deprehendimus praesens, uelut p. 18, 11; 164, 24; 168, 15 *ἐστι* pro *ἔσται*, p. 14, 5; 26, 13; 28, 12, 18; 32, 7; 34, 1, 24; 38, 4; 40, 4, 9; 44, 12; 116, 8; 118, 3 *ἔχει* pro *ἕξει*. permutatas formas uerbi *διδόναι* Theoni adscribendas esse puto, uelut p. 122, 7 *ἐστι δοθεῖσα* pro *δέδοται* (u. etiam p. 128, 20; 172, 11),

---

figurae parte ad alteram digito aut oculis parumper deflectunt, interdum puncta et rectas, quae ex hac mox promenda sunt, praecipiunt, ut in constructionis uel demonstrationis uerbis ordo punctorum et rectarum inuertatur.

1) De memorabili compositione verborum *ἐξ οὗ ὄν* u. Hultsch, Berliner philol. Wochenschrift 1891 p. 777.

contra p. 178, 16 δέδοται pro δοθεῖσά ἐστιν, p. 48, 9 δοθῇ pro δοθὲν ᾖ et δοθὲν ἔσται pro δοθήσεται, p. 180, 3 δοθέν pro δεδομένον (cfr. p. 180, 19). de p. 126, 16; 128, 18, ubi numerus pluralis pro singulari post neutrius generis subiecta in b legitur, admodum dubito, idque propter p. 146, 2 ἐχέτωσαν, quod sine dubio librario debetur. p. 2, 9 Theon pro λέγονται praetulit λέγεται respiciens, nisi fallor, ad lin. 2; sed ibi antecedit δεδομένα. p. 208, 12 ἴσον pro ἴσα librarius peccauit[1]). hic eae quoque commutationes ordinis uerborum commemorandae sunt, quas leuissimi momenti esse adparet. p. 210, 1 ἄρα transposuit Theon, idem fortasse p. 6, 8 (cfr. p. 112, 3), contra p. 108, 2; 204, 8—9 librarius. p. 182, 18; 214, 4 Theon ἴση ἐστίν pro ἐστιν ἴση substituit (cfr. p. 230, 7); de p. 164, 16 propter Vat. minus certus sum; p. 132, 5 ἐστιν ἴσον pro ἴσον ἐστίν scripsit librarius. alia exempla illius generis commutationum inuenies p. 8, 4; 36, 12; 50, 6; 100, 8; 218, 6; 220, 4.

Theon igitur ut Euclidis uerba saepe uariauit, ita non raro operam dedit, ut eius orationem mutando ad eandem normam et regulam dirigeret. at ne in hac quidem re patet eum sibi satis congruenter conuenienterque uersatum esse. plura exempla si desideres, non est quod longe quaeras.

Nam cum protasis et ecthesis apud Euclidem plerumque, quantum fieri potest, consentiant[2]), Theon hic illic, ubi non plane congruunt, consensum restituit, velut p. 30, 13; 142, 6 πρὸς ἄλληλα addidit, p. 138, 11 parum constanter non addidit[3]). eodem consilio p. 84, 14 ὡς μία interpolauit, p. 174, 17—18 πρὸς τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν omisit, p. 52, 21; 82, 14; 174, 22 uerborum ordinem mutauit.

---

1) Hunc errorem constat ex compendio parum recte intellecto natum esse. compendiorum inscitiae etiam tribuendum est p. 68, 18; 100, 5 ἑκατέρα pro ἑκάστη, p. 90, 5 ἑκάτερον pro ἕκαστον, contra p. 176, 1 ἕκαστον pro ἑκάτερον, praeterea quod in Theoninis sescenties peccatum est in articulis commutatis, uelut in rectangulis significandis p. 118, 2; 160, 22; 164, 14; 178, 14, 19 (bis); 180, 4, 7, 9, 11, 12 al. τῆς pro τῶν, p. 164, 13, 15—18; 168, 23; 170, 2, 11; 218, 21 τήν pro τῶν scriptum, in angulis p. 114, 7; 130, 3; 156, 6; 166, 20; 168, 17 al. τήν pro τῶν, p. 114, 17, 20; 118, 5 (bis); 128, 24 al. τῆς pro τῶν.

2) Non concordant in propp. 9, 25, 31, 53, 65, 68—73, 94.

3) p. 138, 15 uerba πρὸς ἄλληλα in P librarii errore interciderunt.

Iam ad idem illud Theonis studium referendum est, quod p. 172, 15 solitam demonstrationis formam restitui uoluit, p. 110, 1 ὢν pro οὗ scripsit memor p. 108, 3, p. 120, 25 λόγος ἐστὶ δοθείς addidit, p. 118, 4 ἡ ἐφεξῆς ἄρα inculcauit respiciens ad p. 80, 22; 112, 10; 124, 12; sed hoc p. 210, 25, ut parum sibi est constans, addere neglexit. p. 98, 22 τε, quod p. 90, 20, 24; 94, 1—2; 98, 6; 104, 19; 114, 10, 13 in uerbis ὅμοια καὶ ὁμοίως κείμενα uel ἀναγεγραμμένα non legitur [1]), delendum esse censuit. etiam p. 12, 5—6 Euclidis usum secutus esse putandus est. quod exemplum cum adtuli, ad eos locos perueni, quibus solitum uerborum ordinem refecit. namque cum Euclides plerumque dicat ἐπεὶ λόγος ἐστὶ τοῦ — δοθείς, Theon etiam p. 26, 2 haec uerba sic collocauit. item p. 64, 11—12 singularis sane ordo eum offendit. p. 92, 17 sine dubio respexit ad p. 88, 2; 90, 3 al., p. 128, 7—8 ad p. 82, 25; 84, 19; 92, 5; 96, 26; cfr. p. 132, 10. p. 88, 10 pro ἐστὶ δοθεῖσα praetulit δοθεῖσά ἐστι (u. p. 82, 7; 84, 4, 25; 86, 15); p. 80, 17—18 cum Euclidis morem nondum perspexisset, nihil mutauit; p. 212, 23 ἐστι δοθεῖσα Theoni tribuere dubito; cfr. p. 220, 4. idem illud autem spectauit p. 134, 19; 136, 2. praeterea u. p. 68, 1; 86, 20; 96, 1. atque etiam p. 86, 2—3, 5—6 ordo ei insolitus uidebatur; postquam autem eundem ordinem lin. 21—22 repperit, mutando abstinuit; contra p. 94, 8, 11 τῷ εἴδει transposuit. huc referri possunt etiam loci p. 94, 15; 202, 25. adde, quod Theon p. 166, 8; 180, 2; 186, 15 pro τὸ δοθέν — scripsit δοθὲν τό —. p. 72, 15 ab eodem statuerem ordinem σημείῳ δεδομένῳ, qui quidem in propositione adsumpta inueniatur (u. p. 50, 12, 15 et p. 54, 19), restitutum esse, nisi p. 70, 15 in b legeretur δεδομένῳ σημείῳ. denique p. 178, 2 adferre libet, ubi Theon ἄρα insolenter collocatum retraxit [2]).

Iam uero Theon sibi temperare non potuit, quin ea, quae ab Euclide parum recte omissa esse existimaret, adderet atque eius ratiocinationem ad maiorem subtilitatem et perspicuitatem expoliret.

etsi a totis propositionibus interpolandis abstinuit neque demonstrationes alteras addidit, tamen supplementum ad de-

---

1) Librarii quam procliues fuerint ad τε in his uerbis addendum, docent loci p. 90, 20, 24; 114, 10.

2) Librarius codicis P ἄρα propter singularem collocationem omisit.

finitionem 8 non minus ei delegauerim quam ea, quae p. 80, 6 in cod. a plane abunde ac paene inepte addita sunt; quamquam concedo hoc additamentum sapere scholiastae fabricam [1]) (cfr. schol. nr. 94). quod p. 88, 7 addidit, id iam hic dicendum esse censuit memor propositionis 47 p. 86, 8—9; *καί* particulam adicere neglexit.

Euclides interdum, ubi figurae litteras exspectamus, in uniuersa significatione linearum uel figurarum acquieuit. Theoni parum id definite expressum uisum est; quare addidit p. 52, 20 *ἡ ΔΑ* respiciens fortasse ad p. 52, 6, p. 212, 14 autem *ΑΒΓ*. idem, ut perspicuitati consuleret, p. 20, 11 *τὸ αὐτὸ τὸ ΑΒ*, p. 200, 9 *ἡ ΑΔ* interpolauit.

praeuiam conclusionem additam inuenimus p. 206, 9 *καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ τῶν ΓΑΖ ἐστι δοθεῖσα* eandemque p. 230, 12. praeterea Theoni, non librario tribuerim additamentum p. 14, 13 *λόγος ἄρα καὶ ὁ τοῦ Ε πρὸς τὸ Ζ δοθείς.* et solet Euclides simillimis locis hac uberiore argumentatione uti, uelut p. 10, 11—14; 12, 5—6; 20, 17—18; 26, 3—4; 34, 11—12; 36, 16—17. sed quoniam paulo ante (p. 14, 11) eundem quasi gradum demonstrationis omisit, non est, cur negemus, hoc loco eum eidem breuitati studuisse, quamquam ex illo *δοθείς*, quod Pv post Z (l. 13) addunt, collegeris, in horum codicum antigrapho uerba *λόγος* — Z propter *ὁμοιοτέλευτον* intercidisse. membrum ratiocinationis per se quidem rectum, sed minime necessarium p. 98, 23 interpolauit uerbis lin. 22 *δὴ τὸ Δ* in *δὲ τὸ Α* mutatis, postquam p. 98, 7 eandem breuiorem demonstrationis formam intactam reliquit (cfr. etiam p. 104, 20). non magis additamenta desideramus, quae p. 168, 11; 176, 3; 196, 7 Theon, nisi fallor, non librarius inculcauit.

utrumque interpolationis genus eodem loco coniunxit p. 202, 6—7.

neque uero desunt loci, ubi causam addi uoluit. p. 148, 4 causam per *γάρ* adnectit; nam Theon ipse *δέδοται γάρ*, non *δέδοται ἄρα*, quod b habet, scripsisse putandus est. huc referre licet p. 170, 25 — 172, 3; Theonem enim arbitror uerba p. 172, 1 *τῆς γὰρ ΓΒ* — lin. 2 *ΒΔ* in exemplari suo non

---

1) Alibi quoque scholium aut pars scholii uel glossematis in Theoninorum textum irrepsisse uidetur, uelut p. 66, 10; 136, 9; 140, 8; 146, 8, 22.

legisse atque causam, quam abesse noluit, more Euclideo praemisisse; u. p. XVI et schol. nr. 188.

priusquam ad unius uel duorum uocabulorum additamenta, quae in codicibus Theoninis deprehendimus, transeo, non possum non fateri, id genus plurimum habere dubitationis, praesertim cum magna exemplorum copia in ea Datorum parte inueniatur, ubi codice b destituti sumus, atque idem uocabulum alio loco addatur, alio eoque simillimo omittatur. attamen si quis et totam recensionis Theoninae rationem considerabit et licentiam Theonis libidinemque reputabit, facile adducetur, non pauca illius generis ei adscribenda esse. neminem autem offendet, quod eos locos, ubi uocabula illa omissa sunt, ne postea ad ea redire cogerer, e uestigio addidi[1]). incipiamus igitur a substantiuis.

σημεῖον add. b p. 198, 5, a p. 58, 10; om. a p. 200, 1.

γραμμή add. a p. 50, 15; 176, 5, 14; 178, 16; 182, 1; 184, 27.

εὐθεῖα add. b p. 58, 5; 64, 21; 88, 6, a p. 44, 17; *εὐθεῖα γραμμή* add. a p. 192, 21; *εὐθεῖα* om. b p. 66, 3; 152, 11, a p. 48, 5; 52, 6; 54, 15; 176, 15.

γωνία add. b p. 72, 6, 13; 80, 14; 82, 5; 88, 10; 116, 21[2]); 118, 4; 200, 12; 208, 23; 210, 9; 212, 25, om. p. 88, 11; 122, 7; 154, 1.

πλευρά add. b p. 96, 14, om. p. 128, 13; 154, 25.

τρίγωνον add. b p. 88, 20; 116, 11; 120, 16; 136, 5, om. p. 122, 3; 134, 20; 152, 20.

χωρίον add. b p. 114, 20.

κύκλος add. β p. 2, 19, *τοῦ κύκλου* om. a p. 176, 16[3]).

περιφέρεια add. a p. 192, 15, *διάμετρος* p. 186, 5.

μέγεθος add. a p. 20, 10.

λόγος add. b p. 218, 14, a p. 26, 3; om. a p. 10, 19; 40, 14.

ex reliquis additamentis p. 162, 5 *οὖσαι* inutiliter additum Theoni deberi uidetur neque minus p. 66, 2 *αὐτήν*. p. 210, 14 praepositionem (*μετά*) repetendam esse iudicauit. p. 56, 14 *δεδομένος* deesse noluit, quod Euclides *τῇ θέσει*, non *θέσει*

1) In hac disputationis parte ab exemplis ex b adlatis locos codicis a existimaui separandos esse.

2) *γωνίαν* ab Euclide sine dubio scriptum et in archetypo codd. PVat.vb omissum Theon post *ἔχον*, librarius cod. P ante *ἔχον* addidit.

3) *τοῦ κύκλου* p. 174, 24 in a additum propter Vat.v in interpolationibus ante Theonem ortis numerauerim.

scripserat; p. 44, 1 δοθείς, p. 180, 16 δοθεῖσα addendum esse censuit, quo oratio planior fieret. eundem p. 164, 16 δοθείς, quod p. 82, 18 omisit librarius, deleuisse, parum constat. p. 136, 8 αὐτῶν et p. 168, 15 εἶναι non commisit Theon.

non paucis locis in Theoninis interpolatum est ἐστί idque post ἄρα p. 104, 8; 108, 5; 212, 24; 214, 4; 220, 12 (b); p. 182, 15; 184, 12; 226, 20 (a). ἐστίν p. 58, 12 ante ἄρα additum propter miram uerborum collocationem Theoni non tribuerim, etsi p. 102, 24 eodem loco interpolatum inuenitur. post γάρ additur p. 112, 14 (b); p. 228, 18 (a). p. 172, 16 ἐστίν, cum in Vat. v quoque legatur, ante Theonem interpolatum uidetur (idem nunc de uerbis ὀρθὴ γάρ iudico; quare uncis includenda erant). p. 160, 22 ἐστί post ἴσον addidit Theon, p. 228, 14 post συναμφότερος et p. 228, 15 post οὕτως librarius. et ante δοθείς et post δοθείς additum inuenitur; anteponitur p. 160, 17 (b); p. 22, 9; 30, 2; 38, 15 (ineptissime); 228, 8 (a). postponitur p. 34, 12; 38, 12 (a). restat p. 98, 10, ubi Theon fortasse ad lin. 2 respexit. idem ἐστί in Theoninis saepius omissum quam additum deprehendimus. quod tantum abest, ut omnibus locis a Theone peccatum esse statuam, ut huius quoque omissionis auctorem non raro librarium esse libentissime concedam. nec qui nonnullis locis inarchetypo codd. P Vat. v interpolationem se contendet iactasse, me habebit aduersarium. ἐστί post ἄρα omissum est p. 90, 9; 114, 14; 146, 25; 154, 13; 204, 5, 20 (b); p. 50, 2; 182, 12; 192, 16 (a), una cum ἄρα p. 6, 22; 10, 11—12; 62, 7 (a), ubi omissio non minus quam p. 118, 16; 130, 8; 220, 12 librario tribuenda. p. 118, 8; 164, 9 res dubia est, p. 88, 18 (b); p. 6, 3 (a) non dubia. p. 132, 13 Theon, quia ἔστι abesse uoluit, ἴσον transposuit (cfr. p. 134, 7). praeterea u. p. 128, 8; 166, 2; 168, 10; 202, 13; 208, 23; 214, 17 (b); p. 12, 6; 34, 15; 38, 13; 54, 15; 58, 13; 186, 15; 226, 6 (a). εἰσί p. 2, 8 (β) additur.

ἄρα p. 118, 4 interpolatum Theoni, p. 90, 14; 204, 25 librario tribuo. p. 112, 3 si Theon ipse ἄρα addidit, miror, δέ eum non deleuisse. aliquanto pluribus locis in Theoninis omissum inuenies idque ueri simillimum est satis saepe librariorum incuria factum esse[1]), ut, quid Theoni debeatur, difficile sit diiudicare, praesertim cum Euclides ipse in hac particula uel

1) Quam facile etiam in optimis libris ἄρα interciderit, ostendunt loci p. 178, 3 (om. P); 186, 12 (om. P Vat. v); 200, 15 (om. Vat. v). his enim locis ἄρα omitti non potest.

addenda uel omittenda parum sibi constans fuisse uideatur. ἄρα si p. 34, 16 Euclides ipse omisit, id quod, licet omnes codices consentiant, nescio an iure in dubium ueniat, idem a Theone p. 18, 5, 22; 34, 10 (a) omissum esse potest, neque minus p. 10, 11; 22, 7; 30, 20 (a). p. 136, 23 (b); p. 16,11; 30, 5 (a), ubi in apodosi deest, eidem omissionem imputauerim. praeterea u. p. 88, 15; 98, 9; 156, 15; 216, 5 et p. 32, 18 (a). etiam de ἄρα p. 214, 22 post ἐναλλάξ omisso dubito, cum et addi et omitti possit.

in fine ectheseos semper nudum λέγω inuenitur ac ne p. 184, 3 quidem, ubi altera ectheseos pars repetitur, Euclides δή addidit (p. 124, 9 δή nemo non desideraret). item Theon et librarii in nudo λέγω acquieuerunt. δή in b interpolatum est p. 74, 18, praeter Euclidis consuetudinem omissum p. 80, 19, fortasse propter lin. 5 ἀλλ' ἔστω.

οὖν post ἐπεί in Theoninis p. 58, 6; 114, 11 (b); p. 54, 14; 198, 20 (a) additum librariis tribuendum; p. 126, 24; 210, 11, ubi post ἐπεί omittitur, in archetypo codd. PVat. v interpolatum esse potest, nisi fallor etiam p. 214, 13.

γάρ a Theone nusquam additum est; nam p. 174, 20 insertum est errore librarii, qui quidem, postquam ad lin. 24 εἰλήφθω oculis aberrauit, errore intellecto neque γάρ deleuit et γάρ lin. 24 omisit[1]). γάρ utrum p. 168, 16; 172, 9 (b); p. 46, 16; 180, 23 (a) expositionis, p. 94, 13; 156, 4; 172, 13 demonstrationis initio a Theone an librariorum culpa omissum sit, decernere non audeo.

μέν p. 164, 12 in b additum librario, non Theoni deberi constat; ab eodem p. 22, 19; 24, 16; 30, 10 (β) uidetur omissum esse.

δέ p. 2, 4 (a) Theon addidit, nisi forte in archetypo codd. PVat. v intercidit. p. 68, 5 librarius peccauit, qui p. 98, 25; 156, 10 (b); p. 42, 16; 80, 2; 178, 7, 23 (a) particulam temerarie omisit. neque uero p. 130, 21 (b); p. 36, 3 (a) δέ propter antecedens μέν deesse potest.

τε p. 210, 21 ad lin. 18 respiciens Theoni tribuo; p. 214, 2 (b); 178, 8 (a) ab eodem interpolatum esse crediderim, fortasse etiam p. 2, 17 (β), quamquam, si quis hoc loco omissionem librario archetypi codd. PVat. v imputari malit, non repugnabo.

---

1) Simili errore librarius cod. b p. 136, 23 καὶ ἐπεί scripsit, quo facto ἄρα ei omittendum erat.

p. 158, 26[1]) prius τε a librario additum esse ueri simillimum est, de altero constat. p. 2, 9 (β); 26, 17 (a) omissionem huius particulae eidem tribuerim; de τε p. 98, 22 omisso p. 21 dictum est.

καί siue additum siue omissum plurimum habet dubitationis. p. 128, 7; 160, 23; 196, 19 (b); p. 16, 7; 18, 18 (a) Theoni deberi uidetur, librariis p. 68, 14; 98, 8; 132, 16; 212, 1 (b); p. 20, 22; 28, 21 (a). p. 68, 17; 146, 25; 170, 16 (b); p. 8, 5; 50, 5; 174, 13 (a) a Theone omissum esse potest; p. 70, 13; 74, 17; 88, 18; 126, 13; 134, 5; 144, 13; 198, 9; 200, 23; 204, 4 (b); p. 14, 1; 16, 19; 44, 2, 23 (a) librarii peccauerunt. καί nonnullis locis, inprimis iis, ubi initio demonstrationis ante ἐπεί in Theoninis non legitur (p. 132, 19; 200, 9 (b); p. 226, 5 (a), in archetypo codd. PVat. v facile credideris interpolatum esse. p. 168, 4 (b); 176, 2 (a) omitti non potest.

restat locus de articulo in Theoninis uel addito uel omisso. ac primum quidem inter πρός et litteras figurae interpositum est τό p. 10, 12; 12, 4, 5, 6, 21, 23; 18, 18 (bis), 25; 26, 23; 28, 2 (bis); 38, 12, 13, 17 (bis), 18 (bis); 40, 15; 42, 19, 20, 21; 44, 4 (a), τήν p. 102, 25; 136, 16; 150, 23 (bis); 182, 16; 214, 6, 21 (b); p. 200, 4 (bis) (a); post eandem praepositionem omissum inuenitur τό p. 90, 11; 134, 6; 148, 20 (b); p. 10, 8; 20, 18; 22, 15; 26, 22; 44, 5 (a) atque, ubi deesse non potest, p. 136, 6, τήν p. 74, 17 (b); 60, 7 (a)[2]). iam uero Theonem ipsum puto p. 214, 8 (b); 44, 23 (a) articulum τῆς post ἀπό in quadrato significando ab Euclide omissum offendisse; quamquam p. 124, 21; 218, 26 eum non addidit atque p. 170, 17 omisisse uidetur. in rectangulis autem Euclides τῶν raro omisit, u. p. 124, 20; 126, 5; 180, 11; a Theone articulus neque additus neque omissus deprehenditur; nam τῶν p. 212, 9 additum, p. 210, 13 omissum librario tribuere malim, cui sine dubio p. 180, 11 (a) τῆς debetur; eiusdem incuria p. 156, 15 ὑπὸ τῶν intercidisse adparet. in angulis significandis cum codices sescentis locis miro consensu articulum post ὑπό praebeant

---

1) Hoc loco in textu distinguendum non erat, erat p. 160, 1 post μέσην.

2) Articulus post πρός etiam in ceteris codicibus saepius uel additur uel omittitur, u. p. 12, 4; 18, 25; 20, 21; 44, 6, 7; 182, 16; 214, 6 et p. 76, 2; 92, 4; 116, 11.

totidemque omittant, Euclidem mihi persuasi sine ullo discrimine et ἡ ὑπὸ τῶν $AB\Gamma$ et ἡ ὑπὸ $AB\Gamma$ dixisse. in Theoninis τῶν satis plane additur; u. p. 82, 5, 6 (bis), 15; 112, 13, 14; 118, 4; 136, 22; 144, 8; 146, 25; 198, 8, 10; 202, 6; 210, 9, 12, 26; 212, 1, 20, 25, 26; 214, 1, 2, 3 (bis), 15, 16, 18, 19; 216, 1 (b); p. 54, 16, 18; 78, 16; 194, 5, 6 (a). omittitur p. 72, 6; 82, 15; 86, 15; 88, 11; 212, 22 (b); p. 56, 8 (a). quod in Theoninis p. 142, 1; 214, 15, 17 (b); p. 176, 4; 182, 2, 3; 230, 3 (a) τῆς, p. 114, 18; 130, 2; 156, 6; 172, 16 τήν additur, non est ponendus in culpa Theon. reliquos locos, ubi articulus siue a Theone siue a librariis temere uel additus uel omissus est[1]), praetermitto, neque ad me pertinere arbitror, reliqua exempla neglegentiae et temeritatis librariorum congerere.

Exemplis, quae adtuli, luculentissime comprobatur, Theonem non solum in omni genere additamentorum paene dixi delectatum esse, uerum etiam breuitatis cuiusdam studio abreptum non pauca omisisse. restant autem aliae omissiones, quarum magna pars Theoni deleganda est. Euclides quidem ea, quae in propositione uniuerse expressit, in expositione ad certas figurae litteras referre solet. Theon interdum in expositione quoque uniuersam ac minus distinctam significationem ita praetulit, ut aliquid omitteret, uelut p. 134, 15 τὰς πρὸς τοῖς A, Δ, p. 22, 24 τὸ $A\Gamma$ et lin. 25 τὸ $B\Delta$, p. 8, 5 ἐκ τῶν AB, $B\Gamma$, p. 46, 18 E. nec dissimiles sunt illae omissiones, quas p. 24, 8 et p. 200, 8; 210, 10 in Theoninis deprehendimus. praeterea Theon p. 170, 20 μιᾶς superuacaneum esse iudicauit; eadem de causa p. 46, 15, 23; 48, 1 τῇ θέσει deleuit, p. 110, 8, 13; 112, 23; 114, 5, 18 τῷ εἴδει speciei ratus notionem in sequenti εἶδος satis expressam esse. contra p. 90, 2; 104, 21; 110, 24; 150, 4; 206, 10 librariorum culpa manifesta est. idem dici sane licet de p. 98, 17, ubi καὶ τῷ μεγέθει in b deest, cum probabilitate quadam etiam de p. 98, 23. sed p. 106, 1, 22 omissionem Theoni imputauerim. idem nescio an p. 154, 5 τετράγωνον, p. 120, 24; 184, 22 ὀρθογώνιον, p. 112, 20; 138, 23 παραλληλόγραμμον, p. 112, 1 εἶδος omiserit, etsi non ignoro, talia a librariis saepius et interpolari et omitti[2]). p. 18, 18

---

1) U. p. 134, 10, 14; 138, 18 (b) (cfr. p. 130, 15, 20); p. 14, 15; 16, 5, 7, 8; 22, 8 (a) et p. 142, 10 (b); p. 40, 25; 42, 2, 14; 48, 4 (cfr. p. 48, 16); 50, 1; 60, 20 (a).

2) Cfr. adp. crit. ad p. 116, 3 et ad uol. I p. 150 sqq.

διελόντι a Theone omissum esse potest, p. 170, 18 καὶ συνθέντι ἄρα non potest. p. 182, 13; 218, 2 ἐπεί Theoni ipsi, nisi fallor, displicuit, p. 80, 8 librarii culpa intercidit. p. 210, 9 Theon respexit ad p. 208, 9; eundem puto p. 138, 24 πρότερον, p. 148, 18 πάλιν deleuisse, item p. 70, 11 ἴση; de p. 154, 16; 182, 20; 230, 2, ubi idem adiectiuum in Theoninis omissum est, dubito. p. 64, 13 librarius peccauit, qui p. 24, 22 ὅτι, p. 48, 1 ἔστω, p. 162, 2 ὡς, p. 162, 23 ἀνάλογον omisit. neque uero quisquam p. 156, 15 et p. 116, 9, praeterea p. 158, 25, 26; 160, 1 culpam conferat in Theonem. reliquas intermissiones, ne longus sim, adferre supersedeo.

Uidimus Theonem in recensendis Euclidis uerbis parum constanter se gessisse; eadem inconstantia his quoque exemplis illustratur: p. 48, 14 μή addidit prospiciens fortasse ad p. 48, 25; 50, 18; p. 48, 3 [1]) non addiderat. p. 102, 13 τῷ μεγέθει desiderauit, p. 104, 11 non addidit. p. 116, 3 τῶν πλευρῶν mutauit in τῆς πλευρᾶς; in ecthesi illud reliquit. p. 120, 6 τουτέστι ei displicuit, etsi p. 118, 1 nihil eum offenderat. p. 146, 12 ἐν repetiuit, non repetiuerat p. 142, 7.

Quae cum ita sint, Theonem adparet in Datis recensendis non magis quam in Elementis edendis [2]) id secutum esse, ut ex optimis quibusque libris manu scriptis hunc librum talem ederet, qualis ab Euclide scriptus esset, nec quidquam sibi proposuisse, nisi ut eorum, qui Alexandriae, ubi etiam tum studia mathematica uigebant, disciplinae suae se dedidissent, desideriis ac studiis satisfaceret. cumque illi, priusquam ad Data progrederentur, Elementa pertractassent in mathematicaque longius processissent, non est, quod miremur, Theonem, qui quidem in Elementis ea, quae ab Euclide breuius explanata sunt, explere et augere soleat, in Datis satis saepe breuitatem quandam adfectasse, ita ut plura ab eo omissa aut pressa quam adiecta aut dilatata esse uideantur. qua in re etsi nimia licentia uersatus est, tamen negari nequit, recensionem eius nobis satis utilem esse, praesertim cum non paucis locis uera ac genuina uerba Euclidis eum seruasse constet. utinam contingat, ut quam proxime unus alterue codex re-

---

1) p. 46, 19 δυνατόν pro μή librario debetur; Theon post δυνατόν scripsisset μεταπιπτέτω.

2) U. uol. V p. LXXV.

periatur, quo Theonis recensio purior et incorruptior contineatur, ut uerius de eo iudicare possimus.

Sed iam ante Theonem manifestum est Datorum librum multis locis et erroribus deprauatum et interpolationibus inquinatum esse. documento sunt uitia ista, quae supra dixi omnium codicum communia esse quaeque ne a Theone quidem correcta esse uidimus. atque cum Data sine dubio iam ab initio in scholis tractarentur, magistri, ut solebant, sua quisque inculcauerunt. Apollonius quidem tres illas definitiones addidisse putandus est, quae uulgo sunt decima tertia, quarta, quinta quasque ad eum scholiasta tradit referri; u. schol. nr. 13 et cfr. app. schol. nr. 32. quae definitiones cum in omnibus codicibus legantur, Apollonii exemplar eorum fuit quasi archetypum [1]). demonstrationes autem alteras quominus Euclidi ipsi tribuam, cum causae uol. V p. LXXIX de Elementis adlatae obstant tum illud, quod earum et oratio et sermo a consuetudine Euclidea non paucis locis discrepat.

His amplioribus interpolationibus ea additamenta breuiora adiungo, quae Euclidis uerbis ante Theonem interposita esse statuerim: p. 86 uerba lin. 10 *ἐπεί* — 12 *δοθείς* molesta admodum sunt et id genus repetitionis ab Euclidis consuetudine abhorret. p. 90, 12 *ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς ΑΖ ἀναγέγραπται* iam propter *ἐπειδήπερ* illud, quo glossatores causam additurі a mathematicis omissam uti solent, satis suspecta sunt; causam si Euclides addere uoluisset, sine dubio, ut solet, praemisisset. p. 124, 14—15 quoque additamentum *δέδοται γὰρ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ* glossatoris operam ita redolet, ut haec uerba Euclidi tribui nequeant. neque aliter iudico de p. 126, 3, ubi uix quisquam interpolatorem negabit scholiastae munere functum esse. idem dici sane licet de p. 172, 15—16 *ὀρθὴ γάρ*. atque p. 186, 12 *ἑκατέρα ἄρα τῶν ΗΖ, ΗΔ δοθεῖσά ἐστιν* plane inutiliter, ne dicam inepte addita sunt. p. 220, 8—10 is, qui demonstrationem alteram dedit, ut nunc mihi persuasi, etiam *καὶ συνθέντι ἄρα τοῦ Δ — λόγος ἐστὶ δοθείς* scripsit, atque lin. 9 *λόγος* ante Theonem, quem uitium fugit, librarii errore inculcatum est. p. 150, 21—22 *ἔστι δὲ καὶ ὀρθογώνιον* nemo Euclidi adsignabit; utrum ante Theonem an post eum interpolata sint,

---

1) Apollonium *ἐν τῷ περὶ νεύσεων* et *ἐν τῇ καθόλου πραγματείᾳ*, qui libri perierunt, definitionem *τοῦ δεδομένου* dedisse testatur Marinus p. 234, 15 sq.

non audeo discernere. neque minus dubito de p. 152, 4—5, quoniam uerba lin. 3 *ἴση* — 6 *δοθείς* in b librarii incuria interciderunt. sed manifestum est, locum a compluribus interpolatoribus inquinatum esse. nam ut illud *τετράγωνον γάρ* omittam, *σύγκειται γάρ* in primis eo loco, ubi deprehenditur, quid sibi uelit, non intellego, nec magis, quomodo ex iis, quae proxime antecedunt, efficiatur, rationem $AZ : E\varDelta$ datam esse, id quod praeterea nulli hic usui est; u. p. 153 not. restant alii loci, quibus non mediocriter offendar, uelut p. 78, 6 *δέδοται* — 7 *μεγέθει*; p. 126, 16 *ἐχέτω* — 17 *δεδομένον*; sed codicum auctoritatem nimis labefactare nolim. de interpolationibus a Theone excussis supra dictum est. — p. 132, 20 *ἔστι* — 21 *δοθεῖσα* in adparatu cr. significaui fortasse interpolata esse. quod cur non adseuerauerim, duas potissimum habeo causas, unam, quod Euclides nullo, quantum memini, loco eodem breuitatis genere utitur, alteram, quod Theonem suspicor nihil fuisse mutaturum, si illa uerba in exemplari eius defuissent. cumque in communi fonte codd. PVat.v sine dubio margini supra ipsum scholium nr. 143 adscripta essent, non potest esse mirum, quod et librarius codicis Vat. existimauit, omissionis signum etiam ad uerba huius scholii pertinere, et librarius codicis v illud *ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΚΓΒ δοθεῖσα* partem eius esse interpretatus est.

Primus de Datorum libro Pappus accuratius exposuit atque in eo exemplari, quod in manibus habebat, propositionum numerum, si cum nostris codicibus contuleris, patet minorem fuisse. dicit enim uol. II p. 638, 1 — 640, 1 ed. Hultsch haec: *περιέχει δὲ τὸ πρῶτον βιβλίον, ὅπερ ἐστὶν τῶν δεδομένων, ἅπαντα θεωρήματα ἐνενήκοντα· ὧν πρῶτα μὲν καθόλου ἐπὶ μεγεθῶν διαγράμματα κγ', τὸ δὲ δ' καὶ κ' ἐν εὐθείαις ἐστὶν ἀνάλογον ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ιδ' ἐν εὐθείαις ἐστὶν θέσει δεδομέναις· τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς ι' ἐπὶ τριγώνων ἐστὶν τῷ εἴδει δεδομένων ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ζ' ἐπὶ τυχόντων ἐστὶν εὐθυγράμμων χωρίων εἴδει δεδομένων ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ϛ' ἐν παραλληλογράμμοις ἐστὶ καὶ παραβολαῖς εἴδει δεδομένων χωρίων. τῶν δὲ ἐχομένων ε' τὸ μὲν πρῶτον γραφόμενόν ἐστιν, τὰ δὲ δ' ἐπὶ τριγώνων χωρίων, ὅτι αἱ διαφοραὶ τῶν δυνάμεων τῶν πλευρῶν πρὸς ταῦτα τὰ τρίγωνα χωρία λόγον ἔχουσιν δεδομένον. τὰ δὲ ἑξῆς ζ' ἕως τοῦ ο' καὶ γ' ἐν δυσὶ παραλληλογράμμοις, ὅτι διὰ τὰς ἐν ταῖς γωνίαις ὑποθέσεις ἐν δεδομένοις ἐστὶν λόγοις πρὸς ἄλληλα, ἔνια δὲ τούτων ἐπιλόγους ἔχει ὁμοίους ἐν δυσὶ τριγώνοις. ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς ϛ'*

διαγράμμασιν ἕως τοῦ ο΄ καὶ ϑ΄ δύο μέν ἐστιν ἐπὶ τριγώνων, δ΄ δὲ ἐπὶ πλειόνων εὐϑειῶν ἀνάλογον οὐσῶν. τὰ δὲ ἑξῆς γ΄ ἐπὶ δύο εὐϑειῶν [ἀνάλογον οὐσῶν, τὰ δ' ἔστιν][1]) *δοϑέν τι περιεχουσῶν χωρίον. τὰ δὲ ἐπὶ πᾶσιν η΄ ἕως τοῦ ϙ΄ ἐν κύκλοις δείκνυται τοῖς μὲν μεγέϑει μόνον δεδομένοις, τοῖς δὲ καὶ ϑέσει. [*ἀγομένων εὐϑειῶν ἐστιν διὰ δεδομένου σημείου τὰ γενόμενα δεδομένα.]*[2])

Pappus igitur nonaginta propositiones habuit ac uidendum est, quas ex nonaginta quattuor[3]), quae in nostris codicibus inueniuntur, non habuerit[4]). atque in primis sexaginta duabus[5]) propositionibus Pappi summarium cum codicibus nostris concordat. ex propositionibus 63—66 unam non habuit neque alia esse potest nisi prop. 63, quae e prop. 49 facillime efficitur. sequuntur deinceps apud Pappum septem propositiones de parallelogrammis, in nostris autem codicibus sunt quinque, propp. 68, 69, 70, 73, 74. crediderim in exemplari eius propositiones 70 et 73 in binas diuisas fuisse et propositiones de triangulis (71, 72, 75) tamquam *ἐπιλόγους* numeris caruisse; miror, quod prop. 74 diuisa non erat. cum duae quae apud Pappum sequuntur propositiones *ἐπὶ τριγώνων* intellegi non possint nisi propp. 76 et 80, efficitur, in exemplari eius propp. 77 et 78 defuisse nec propositioni 79, quod reapse lemma est, numerum adscriptum fuisse. quattuor autem propositionibus *ἐπὶ πλειόνων εὐϑειῶν ἀνάλογον οὐσῶν* in codicibus respondent tres propp. 81, 82, 83, et Heiberg (Studien p. 223) recte suspicatus est, in Pappi libro propositionem 81 in duas diuisam fuisse. reliqua cum antiquissimis codicibus et hac editione consentiunt: tres Pappi propositiones *ἐπὶ δύο εὐϑειῶν* sunt propp. 84, 85, 86 et octo de circulis propp. 87—94. quodsi Pappi summarium numero propositionum a codicibus nostris dissentit[6]), omnium

